una observacion aislada? Y si jamás dejó de corresponder al observador un medicamento, ¿por qué se ha de dedicar á especialidades, á ménos que desconfie de sí mismo ó prefiera aparentar haberse dado á conocer más bien con mezquindades que con cosas de importancia? Ni el ménos versado en la práctica ignora cuán fácil es escribir gruesos volúmenes de esta manera, así como ni lo difícil que es, por el contrario, inventar y establecer para cada enfermedad un método curativo, perfecto y confirmado en todas sus partes. Con que un solo médico hubiera tratado de este modo una sola enfermedad en cada uno de los siglos del mundo, el arte de curar, que es el cometido de los médicos, hubiera llegado á su perfeccion hace ya muchos años de una manera cumplida, al ménos en cuanto es compatible con la limitacion humana. Nuestro error consiste en habernos separado hace ya largo tiempo del antiquísimo y peritísimo maestro Hipócrates, y del primitivo método de curar, fundado en el conocimiento de las causas comunes, en cuanto que son las que se manifiestan claramente, á lo que es debido que el que hoy se practica, forjado por los sofistas, sea más el arte de disputar que el de curar. Y para que no parezca que afirmo sin fundamento que se ha extraviado al arte, séame lícito separarme algun tanto del objeto, para demostrar que aquellas causas más remotas, en cuya determinacion y explicacion se fatigan y emplean únicamente las investigaciones vanas de los curiosos y especuladores, son absolutamente incomprensibles é inscrutabiles; que sólo nos es posible conocer las próximas y evidentes, y que sólo de éstas deben deducirse las indicaciones curativas.

Así puede observarse que, cuando

humores vel diutius, quam par est, in corpore fuerint retenti (quia scilicet natura eosdem concoquere nequeat, ac deinceps expellere), vel ab hac aut illa aeris constitutione labem morbificam contraxerint; vel denique contagio aliquo venenato infecti in eisdem castra transierint; his inquam modis et his similibus, et dicti humores in formam substantialem, seu *speciem* exaltantur, quæ his aliisve affectibus cum propria essentia convenientibus se prodit; quæ quidem symptomata, licet minus cautis videantur oriri, vel à natura partis, quam humor obsedit, vel à natura humoris ipsius, antequam hanc induerat speciem, nihilominus revera affectus sunt ab essentia dictæ speciei in hunc gradum recens evectæ, pendentes. Adeo ut quilibet *morbus specificus* affectio sit ab hac vel illa specifica exaltatione, vel specificacione succi cujusdam in corpore animato ortum ducens. Sub hoc genere potest comprehendi maxima pars morborum, qui certum aliquem typum ac formam agnoscunt. Et profecto haud minus se natura methodo astringit in his tum producendis, tum maturandis, quam in *plantis* sive etiam *animalibus*. Quinimo ut cuilibet sive plantæ, sive animali proprii quidam ac peculiare affectus competent, ita se res habet in qualibet succi cujuscumque exaltatione, ubi semel in speciem proruperit. Exemplum hujus rei satis luculentum quotidie nobis ingerunt, et ob oculos ponunt variæ istæ excrementiarum species, quas arbores, fruticesque emitunt, vel ob succi nutritii perversionem et depravationem, vel alias ob causas, in forma scilicet Musci, Visci, Fungorum, aliorumque id genus: quæ omnia essentiæ sunt sive species, à parente, seu frutice, diversæ plane atque distinctæ. Et sane qui serio

los humores han sido retenidos en el cuerpo más de lo debido por no haber podido la naturaleza cocerlos primero y expelerlos despues, ó quando han contraido algun vicio morbífico á consecuencia de tal ó cuál constitucion atmosférica, ó, finalmente, quando, inficionados por algun contagio tóxico, se han convertido ellos mismos en tal; en estos casos, digo, y en los á ellos semejantes, adquieren dichos humores una forma sustancial ó especie que se revela por tales ó cuáles afecciones, que convienen en una misma esencia, y cuyos síntomas, aunque á los ménos avisados parezcan dependientes, ó de la naturaleza de la parte en que se fija el humor, ó de la del humor mismo ántes de afectar esta forma específica, son realmente, y sin embargo, afecciones dependientes de la esencia de dicha especie, elevada recientemente á la categoría de tal. Así, toda enfermedad específica es una afeccion debida á la exaltacion á especie ó especificacion de un humor cualquiera en el cuerpo vivo. En esta clase puede comprenderse la mayor parte de las enfermedades que revisten un tipo y forma determinados. Y por cierto que no procede la naturaleza ménos metódicamente en la produccion y maturacion de estas enfermedades que en las de las plantas y animales. En efecto, así como á cada especie de animales y plantas corresponden ciertas afecciones propias y peculiares, ocurre otro tanto en cualquiera exaltacion de un humor, una vez hecho específico. Diariamente nos suministran y ponen á la vista un ejemplo bien claro de tal cosa las diversas clases de excrecencias que fluyen de los árboles y arbustos, ya á consecuencia de la perversion y depravacion del jugo nutritivo, ya por otras causas, en forma de musgo, liga,

atque adamussum pensitaverit phœnomena illa, quæ febrem, v. gr., quartanam comitantur: quod *viz.* fere semper sub autumno ingreditur; quod certum ordinem ac typum ubique servat, revolutiones periodicas quarto quoque die non minus certo repetens, quam suas repetit horologium, sive aliud quoddam ejusmodi automaton (nisi ab accedente aliquo extrinsecus adveniente hic ordo perturbetur), quod cum rigore ac notabili frigoris sensu aggreditur, quem excipit caloris perceptio non minus sensibilis, quæ tandem in sudore effusissimo terminatur; quod denique morbus hic, quemcumque demum invaserit, vix ante vernum æquinotium abigi poterit et fugari; qui hoc, inquam, omnia pensiculatius frutina-verit, haud minus firmis rationibus inducetur, ut credat, morbum hunc speciem esse, quam sunt illæ, ob quas credit plantam esse speciem, quæ parem semper ad normam è terra nascitur, floret, interitque, atque in reliquis afficitur pro ratione essentiali suæ, neque facile comprehendere potest, qui fiat ut hic morbus oriatur à combinatione sive principiorum, sive qualitatum evidentium, cum plantæ substantia ac species distincta, in rerum naturam, ubique agnoscat. Illud interim non diffitemur quod cum species, sive animalium, sive plantarum singulæ (demptis per paucis) per se subsistant, istæ morborum species ab iis dependent humoribus, à quibus generantur.

Tamet si vero ex jam dictis constare videatur morborum plerorumque causas inscrutabiles prorsus esse ac

hongos y semejantes, todas las cuales son esencias ó especies completamente diversas y distintas del arbusto que las produce. Y en verdad que quien considerase seria y detenidamente los fenómenos que acompañan á la fiebre cuartana, por ejemplo, que invade generalmente en el Otoño, que guarda siempre un tipo y un orden determinados, repitiendo cada cuarto dia sus revoluciones periódicas con no ménos seguridad que el reloj ó cualquiera otra máquina automática las suyas (á no ser perturbado por algun accidente extraño semejante orden), que ataca con esperezos y sensacion notable de frio, á que sigue una percepcion no ménos sensible de calor, terminada al fin por un copiosísimo sudor; que esta enfermedad, por último, á quien quiera que invadiera, apenas puede desterrarse y ahuyentarse ántes del equinoccio primaveral; quien todo esto, repito, examinase atentamente, no encontrará ménos motivos para creer que esta enfermedad es una especie, que los que tiene para creer especie á una planta que siempre de la misma manera nace de la tierra, florece y muere, y en lo demás se comporta segun su esencia; y no puede comprenderse fácilmente cómo haya de suceder que esta enfermedad se origine de la combinacion de los principios ó de las cualidades evidentes, puesto que se reconoce unánimemente como distinta la sustancia y especie de cada planta. Solamente no negamos que, miéntras las especies animales y vegetales subsisten con muy raras excepciones por sí mismas, estas especies de enfermedades dependen de los humores por que son producidas.

Mas aunque por lo dicho aparezca demostrado que las causas de la mayor parte de las enfermedades son

ineffabiles, non tamen insolubilis erit illa questio *quo pacto sanari possint?*, cum de causis remotioribus nos hoc asseramus. Nemo autem est qui non videat curiosos istos speculatores in causis primo primis fere ac remotissimis indagandis, ac in lucem (ut ut invita Minerva ac reclamante naturæ sensu) protrahendis operam perdere; immediatas vero et conjunctas, seu ante pedes jacentes, contemnere, quæ tamen necessario debent cognosci, et possunt etiam, sine ficulneis hujusmodi adminiculis, cum intellectui se aperte sistant, vel proprii sensus testimonio, vel anatomicis observationibus ab aliis jam pridem factis, relectæ. Atque ut impossibile plane est, ut medicus eas morbi causas ediscat, quæ nullum prorsus cum sensibus habent commercium, ita neque est necesse; abundè enim sufficit, ut sciat, unde immediate oritur malum, talesque ejus effectus atque symptomata, ut inter hunc aliumque morbum hujus non dissimilem, valeat accurate distinguere. In *pleuritide*, v. gr., diu atque in cassum se fatigabit aliquis, nec tamen mente assequetur pravam illam crasim et malè coherentem sanguinis texturam, quæ prima est hujus mali origo; qui vero causam à qua immediate produciuntur rectè cognoverit, et ab aliis morbis quibuscumque rite valeat distinguere, non minus certo curandi scopum attinget, etiam neglecta otiosa ista atque inutili remotissimarum causarum indagine. Sed hæc obiter.

absolutamente inaveriguables é incognoscibles, no por esto ha de ser insoluble la siguiente cuestion:—*¿Cómo podrán curarse?*—pues esto que afirmamos es con referencia á las causas más remotas. Nadie hay, en efecto, que no vea perder el tiempo á especuladores curiosos en la investigacion y dilucidacion de las causas primo-primas y remotísimas, forzando de cualquier manera el racionio, y contra lo que dicta el sentido natural, despreciando entre tanto las inmediatas y evidentes que se hallan á la vista, no obstante ser indispensable su conocimiento y poder alcanzarse sin semejantes artificiosos auxilios, pues se presentan manifiestamente á la inteligencia, ya por el testimonio de los sentidos propios, ó aclaradas por observaciones anatómicas hechas por otros con anterioridad. Y así como es completamente imposible que el médico descubra aquellas causas de enfermedad que se hallan absolutamente fuera del alcance de los sentidos, así tampoco es necesario; basta cumplidamente, en efecto, que sepa de dónde se origina el mal inmediatamente y sus efectos y síntomas, para poder distinguir convenientemente las enfermedades semejantes. En la pleuresía, por ejemplo, se fatigaría largo tiempo é inútilmente, sin conseguir por esto comprender la crisis morbosa y alteracion de la testura de la sangre, que es el origen primitivo de este mal, quien tal se propusiera; miéntras que el que conociere perfectamente la causa por que es inmediatamente producida, y supiere distinguirla debidamente de cualquiera otra enfermedad, no logrará con ménos seguridad su curacion, áun sin cuidarse de la viciosa é inútil indagacion de las causas remotas. Y sea esto dicho de paso.

Jam vero si quærat aliquis, an ad predicta in arte medica desiderata duo (veram scilicet et genuinam morborum historiam, et certam confirmatamque medendi methodum) non etiam accedat tertium illud, remedium nempe *specificorum inventio*, assentientem me habet et in vota festinantem. Etsi enim methodus sanandis morbis acutis maxima accommoda mihi videatur, quibus exigendis cum natura ipsa certum aliquem evacuationis modum statuerit, quodcumque methodus eidem fert opem in promovenda dicta evacuatione, ad morbi sanationem necessario conferet; optandum est tamen, ut beneficio specificorum, si quæ talia inveniri possint, æger rectiori semita ad sanitatem proficeret; et (quod majoris etiam momenti est) extra aleam malorum, quæ sequuntur aberrationes istas, in quas sæpe invita dilahitur natura in morbi causa expellenda (ut ut potenter et docte ei ab assistente medico subveniatur) possit collocari.

Verum quod ad morbos chronicos sanandos attinet, licet nihil dubitem ulteriores in medendo profectus vel à sola methodo posse sperari, quam qui in primam statim cogitationem incurrant, attamen plus satis constat deficere illam in curatione chronicorum aliquot vel maxime spectabilium inter eos, quibus homines urgentur; quod ob hanc præcipue causam usu venit, quia scilicet natura in hujuscemodi morbis non habet methodum tam efficacem, qua materiam morbificam foras ejiciat (perinde atque in acutis) quo nos cum eadem manus jungentes et ad debitum dirigentes scopum, morbum debellare valeamus. In vincendo itaque morbo chronico is demum jure meritoque me-

Si ahora, empero, me preguntare alguno si á estos dos ideales del arte médica, á saber, una historia verdadera y genuina de las enfermedades, y un método curativo seguro y confirmado, no debe añadirse un tercero, la invencion de remedios específicos, me tendrá á su lado y abundoso en sus deseos. Pues aunque tengo el método por sumamente adecuado para la curacion de las enfermedades agudas, como quiera que estableciendo la naturaleza para desarraigarlas una evacuacion determinada, todo método que la ayude á promover dicha evacuacion ha de aprovechar necesariamente para la curacion de la enfermedad, debe preferirse, sin embargo, que el enfermo, á beneficio de específicos, si los tales pueden hallarse, llegue á sanar por el camino más breve, y lo que es aún de mayor importancia, á colocarse á salvo de los accidentes que suceden á las aberraciones en que muchas veces incurre la naturaleza, empeñada en la expulsion de la causa morbífica, por enérgica y convenientemente que sea auxiliada por el médico.

Mas por lo que toca á la curacion de las enfermedades crónicas, aunque no dude que pueden esperarse aún del método solo progresos en el tratamiento, mayores de lo que á primera vista pudiera imaginarse, es bien sabido que el tal no basta en la curacion de algunas de las enfermedades crónicas, aún de las más considerables que oprimen á los hombres, cosa que acaece principalmente porque la naturaleza en semejantes enfermedades no tiene un método tan eficaz con que expulsar la materia morbífica, como en las enfermedades agudas, uniendo al cual nuestro esfuerzo, y dirigiéndonos al debido objeto, podemos destruir la enfermedad.

Así, pues, en la curacion de las en-

dici nomen sibi vindicat, penes quem est ejusmodi medicamentum, quo morbi species possit destrui; non qui id tantum agit, ut e primis secundisque qualitatibus nova aliqua introducatur, et prioris subeat vicem; quod fieri quidem potest non extincta specie, v. gr., caleferi potest, aut refrigerari, qui podagra laborat, vigente adhuc podagra, nedum devicta. Methodo hac, qua diversæ tantum qualitates introducuntur, morbi speciei non magis immediate perdomantur, quam ignis gladio extinguitur. Quid enim, obsecro, calor, frigus, humidum, siccumve, aut è secundis qualitatibus, quæ ab his pendent, alia aliqua ad morbi curationem faciet, cujus essentia in harum nulla consistit? Si quis hic objecerit, satis magni remedium specificorum numerum jamdiu nobis innotescere, hunc ipsum, si examen paulo diligentius instituerit, in oppositas partes facile transitarum confido, cum unicus *cortex peruvianus* à suis militet. Toto enim cælo distant, quæ huic aliive *indicationi curativæ* specificè respondent medicamenta, cui si faciamus, satis morbus abigitur; et quæ hunc aliumve *morbum* specificè atque immediate persanant, nullo habito respectu ad hanc aut illam intentionem, sive indicationem curativam: v. gr.: *Mercurius et sarsæ radices in lue venerea specificæ*, vulgo audiunt, quæ tamen pro specificis propriis atque immediatis non debent haberi, nisi argumentis satis validis atque irrefragabilibus possit confici, *mercurium* nulla excitata *salivatione*, *sarsæ* vero radices sine motis sudoribus, tam egregiam operam præstitisse. Ad hanc pariter normam alii etiam morbi aliis evacuationibus curantur, cum tamen quæ adhibentur remedia, non magis proprie competant immediatæ curationi istorum

fermedades crónicas sólo merece justa y cumplidamente el nombre de médico aquel que posee un medicamento tal que con él puede destruirse la enfermedad en su especie, no el que solamente modifica de algun modo las cualidades primeras ó segundas, cosa que puede hacerse sin aniquilar la especie; por ejemplo, el que padece gota puede ser calentado ó refrigerado, sin que por eso se cure la podagra ni aun se disminuya. Con este método de introducir solamente cualidades nuevas no se dominan las enfermedades específicas más inmediatamente que se apaga el fuego con una espada. ¿Qué, pregunto, pueden hacer el calor, el frío, la humedad ó la sequedad, ó algunas otras de las cualidades segundas que de éstas dependen, para la curacion de una enfermedad cuya esencia no consiste en ninguna de estas cosas? Si alguno objetare aquí que nos es conocido hace tiempo un bastante número de remedios específicos, confío que por sí mismo habia de cambiar de opinion completamente haciendo un exámen algo más detenido, puesto que únicamente la quina favorece la suya. Difieren absolutamente, en efecto, los medicamentos que llenan específicamente tal ó cuál indicacion curativa que, satisfecha, basta para desterrar la enfermedad; y los que curan específica é inmediatamente ésta ó la otra enfermedad sin consideracion alguna á tal ó cuál intencion ó indicacion curativa: por ejemplo, tiénense entre el vulgo por específicos de la sífilis el mercurio y las raíces de zarzaparrilla, que sin embargo no deben considerarse como específicos propios é inmediatos, á no poder demostrarse con argumentos bastante fuertes é irrefragables que pueden prestar tan excelente servicio, el mercurio sin

morborum, qui eis sanantur evacuationibus, quibus faciendis ejusmodi remedia maxime proprie designantur, quam *Scalpellum flebotomum pleuritidi*; quod tamen nemo opinor *specificum* hujus morbi facile appellaverit.

Specifica proinde medicamenta, si ad hanc mentem nostram restringantur, non cuivis homini contingunt, neque oscitantibus temere se ingerunt; nullus tamen dubito, quin in exundanti illa plenitudine, quæ target natura diffluitque, ita jubente *optimo maximo* rerum omnium *conditore*, in singulorum præservationem prospectum pariter sit de curatione malorum magis insignium, quæ homines vexant; idque pro foribus, et in patrio ejuslibet sólo. Et sane dolendum est, *plantarum* naturam nondum magis explorato nobis innotescere; quæ mihi videntur reliquæ omni, qua patet, *materiæ medicæ* palmam præripere, et quæ invenientorum, de quibus jam diximus, remedium uberrimam nobis spem faciunt: cum *animalium* partes cum humano corpore nimium convenire videantur, nimium dissidere mineralia; unde est quod mineralia indicationibus potentius respondere, quam vel plantas, vel ex animalibus desumpta, lubens fateor; at non specificè tamen mederi, eo quo diximus sensu ac modo. Me quod spectat, non hic aliud mihi sumo præter laborem ac tædium hæc atque hujusmodi diu multumque jam per aliquot annos animo versandi, necdum mihi tam

escitar la salivacion, y la zarzaparrilla sin promover sudores. De igual manera otras enfermedades se curan tambien con ciertas evacuaciones, no obstante que los remedios que se administran no influyen más propiamente en la inmediata curacion de tales enfermedades, susceptibles de curarse con las evacuaciones, para cuya determinacion se emplean principalmente semejantes remedios, que la lanceta en la pleuresia, á que sin embargo creo que nadie llamaria fácilmente remedio específico de esta enfermedad.

Por tanto, los medicamentos específicos entendidos en nuestra restringida acepcion, no ocurren á un hombre cualquiera, ni se descubren como por casualidad á los desidiosos; no dudo, sin embargo, de que en la exuberante riqueza, de que por la divina voluntad está la naturaleza llena y rebosando para ocurrir á la conservacion de todas las cosas, se haya atendido igualmente á la curacion de las enfermedades más graves que afligen á los hombres, y esto en las puertas de las casas y en todos los países. Y es, en verdad, de sentir que no nos sea todavía conocida con más extension la naturaleza de las plantas, que me parecen ser los mejores medios de todos los que comprende la materia médica, y nuestra mayor esperanza para la invencion de remedios de la clase de que hablamos; pues que las partes de los animales parecen asemejarse demasiado al cuerpo humano, y los minerales se diferencian muchísimo; por cuya razon confieso de buen grado que los minerales llenan más enérgicamente las indicaciones que las plantas y los remedios sacados de los animales; pero, sin embargo, no curan tan específicamente en el sentido y modo que dejamos dicho. Por lo que á mí

feliciter cessit, ut cum prudenti fiducia, quæ de iis cogitaverim, in publicum dare ausim.

Quantumlibet vero mihi præ cæteris arrideant *plantæ*, non tamen is sum, qui eximia illa medicamenta ex alia tribu desumpta, quæ vel hoc, vel alio aliquo sæculo hominum industria atque labore intentionibus apte respondentia reperta fuere, contemnam. Inter quæ primum sibi locum vindicant quæ nomine *gutarum doctoris Godard* insigniuntur, et à viro *doctissimo et solertissimo* tam methodi quam remediorum indagatore, *domino doctore Goodall* preparantur; quarum vim ac efficaciam in attingendo, ad quem vulgo diriguntur, scopo, cæteris quibusque *spiritibus volatilibus* jure præfero.

Coronidis loco, cum in hac introductione fuerim pollicitus, me datum specimen eorum, quæ in hujus artis augmentum utcumque conatus sum; fidem liberare jam tentabo in tradendis historia curationeque *acutorum morborum*. Qua in re licet satis advertam, me supinis atque ignorantibus fructum omnem eorum, quos per meliores vitæ annos corpore animoque exantlavi laborum, expositurum, malum tamen pessimi hujus sæculi genium satis habeo perspectum, ut non aliam ex ac semente, quam convitiarum atque contumeliarum messem expectem: neque famæ meæ longe melius consuluisse, si inanem aliquam atque inutilem speculationem commentatus fuisset. Hoc vero mihi perinde est: mercedem aliunde præstolor. Si quis hic objiciat

toca, no me queda en este punto otra cosa sino el trabajo y tédio de haberme dedicado á estos y semejantes asuntos largo tiempo y con asiduidad por espacio de algunos años, sin que haya tenido la suerte de hacer descubrimiento alguno que me atreva á publicar con prudente confianza.

Pero por mucha que sea la preferencia que yo dé á las plantas sobre los demás remedios, no soy de tal condicion que desprecie los excelentes medicamentos pertenecientes á otra clase que en este ú otro cualquiera siglo se han descubierto por hombres hábiles y laboriosos, y que satisfacen cumplidamente las indicaciones. Entre ellos merece el primer lugar el conocido con el nombre de gotas del Dr. Godard, y que se prepara por el doctísimo y sagacísimo inventor, así de método como de remedios, señor Dr. Goodall, cuya virtud y eficacia para la consecucion del objeto á que comunmente se dirigen, prefiero con justicia á cualquiera otros espíritus volátiles.

Finalmente, habiendo prometido en esta introduccion dar un resumen de todos mis trabajos en pró del aumento del arte, voy á tratar de cumplir mi palabra, exponiendo la historia y curacion de las enfermedades agudas. Al hacerlo, aunque echo de ver suficientemente que voy á exponer á holgazanes é ignorantes todo el fruto de los trabajos que corporal é intelectualmente llevé á cabo en los mejores años de mi vida, conozco bastante, sin embargo, el pésimo carácter de este siglo para esperar de tal siembra otra mies que insultos y calumnias; y hubiera hecho mucho más por mi reputacion si me hubiese dedicado á comentar alguna especulacion vana é inútil. Mas esto me es indiferente; espero de otra parte la recompensa. Si alguno repa-

alios æque in hac arte versatos non idem mecum de his rebus sentire; meum non est quid sentiant alii, disquirere, sed meis observationibus adstruere fidem, quod ut faciam, lectoris patientiam desidero tantum, non favorem. Res ipsa etenim brevi loquetur, an fideliter et sincero animo hic egerim, an è contra ad instar sceleratissimi hominis morumque profligatissimorum homicidam me præstiterim vel in terra defossus. Illam tantum mihi veniam peto, quod minus accurate quam proposueram morborum historiam ac curationem descripsero; cum non tam metam figam, quam animos iis addam, qui felicioris ingenio præditi ad hoc opus post hac se accingent, quod jam ego imperfecte molior.

Unum adhuc restat, de quo monendus est lector, mihi in animo non esse, sequentes paginas infinito particularium observationum numero distendere, quibus methodo ibidem traditæ fidem adstruam: frustra enim et cum tædio lectoris repeterentur istæ singulatim, quæ in summas contraxi. Satis autem ad calcem observationis cujuslibet generalis (saltem quæ ad annos nuperos spectat) particularem hic illic adnectere, qua methodi præcedentis medulla continetur. Hoc interim spondeo, nullam à me methodum generalem fuisse evulgatam, quæ experientia reiterata non est stabilita, atque confirmata.

Sed et spe frustrabitur, qui ingenitem remediorum, seu formularum sylvam hic expectaverit, cum medici judicio permittatur, ut pro re nata

ra aquí que otros igualmente instruidos en este arte no piensan como yo acerca de tales materias, á mí no me incumbe inquirir qué es lo que otros piensan, sino demostrar la verdad de mis observaciones, para lo cual pido al lector paciencia, no favor. Mi propia obra dirá efectivamente, en breve, si he trabajado fiel y sinceramente, ó si, por el contrario, y á manera de hombre malvado y de costumbres depravadasísimas, me he convertido en asesino, áun para despues de muerto. Solamente pido perdon por no haber descrito tan cuidadosamente como me había propuesto la historia y curacion de las enfermedades agudas, puesto que no tanto pretendiendo hacer una obra acabada cuanto animar á aquellos que, dotados de mejores disposiciones, se dediquen en adelante á este trabajo, que ahora dejo yo imperfectamente trazado.

Todavía resta una cosa de que advertir al lector; cual es, que no ha entrado en mi ánimo prolongar las siguientes páginas con un número infinito de observaciones particulares sobre que asentar la verdad del método en ellas propuesto; hubiera sido inútil y fastidioso para el lector repetir particularmente lo que he reunido en general. Basta, en efecto, para confirmación de cualquiera observacion general (al ménos en lo que á los años pasados se refiere), añadir de cuando en cuando alguna que otra particular en que se contenga lo esencial del método anteriormente expuesto. Aseguro con este motivo que no he dado á conocer método alguno general que no haya sido establecido y confirmado por una repetida experiencia.

Verá asimismo frustrada su esperanza el que creyera encontrar aquí un gran número de remedios ó fórmulas, siendo como es permitido al

iis utatur; mihi sufficit innuisse, quibus indicationibus satisfaciendum est, quo etiam ordine et tempore; etenim in eo precipue stat medicina practica, ut genuinas, indicationes expiscari valeamus, non ut remedia excogitemus, quibus illis satisfieri possit; quod qui minus observabant, *empiricos* armis instruxere, quibus medicorum opera imitari queant.

Quod si quis objecerit, me in aliquibus non tantum medicamentorum pompæ renunciassse, sed ea insuper remedia propossuisse, quæ ad materiam medicam vix possint referri adeo sunt simplicia atque inartificiosa; vulgaribus tantum opinor ac plebeis animis hæc in re displicebo. Nonrunt enim sapientes, bona ea esse omnia quæ sunt utilia, atque *Hippocratem* (dum folium usum in ileo sanando proponit, et in cancro nihil prorsus agendum præcipit, atque ejusmodi alia quæ in singulis fere pagellis scripta leguntur) non minus bene de re medica meruisse, quam si pomposis remediorum formulis omnia implevisset.

In animo erat et chronicorum morborum historiam tradere, eorum saltem, quos frequentissime tractaveram, sed cum operosius id sit, cumque harum, quas jam edo, lucubrationum fortunam experiri primum libuerit, impræsentiarum superse-
dendum mihi esse duxi.

juicio del médico elegir de entre ellos, segun las exigencias del caso; bástame haber señalado las indicaciones que han de satisfacerse, su órden y su ocasion. La medicina práctica, en efecto, consiste principalmente en saber investigar las genuinas indicaciones, no en determinar los remedios con que aquellas pueden satisfacerse; y los que no han tenido suficientemente en cuenta esto, han dado á los empíricos armas con que poder imitar las obras de los médicos.

Y si alguno me objetare que en ciertos casos no sólo he prescindido de la ostentacion de medicamentos, sino que he propuesto además remedios que apenas pueden referirse á la materia médica, tan sencillos y faltos de artificio son, creo que con esto solamente he de desagradar á las inteligencias vulgares y bajas. No ignoran, en efecto, los sábios que es bueno todo lo que es útil, y que no mereció ménos bien de la Medicina Hipócrates al proponer el uso de los fuelles en la curacion del ileo, y al indicar que no debe hacerse absolutamente nada con el cáncer y otras cosas por el estilo que se hallan á cada momento en sus páginas, que si las hubiera llenado todas de fórmulas pomposas de remedios.

Tenia intencion de exponer tambien la historia de las enfermedades crónicas, al ménos de aquellas que he tratado más frecuentemente; mas siendo esto en extremo difícil, y queriendo probar primero el éxito de las lucubraciones que ahora publico, he creído deber dejarlo por ahora.

OBSERVACIONES MEDICAS
ACERCA DE LAS
ENFERMEDADES AGUDAS.

ENTFERMEDADES AGUDAS

GRANULADOS MEDIAS

ENTFERMEDADES AGUDAS

TOMÁS SYDENHAM.

OBSERVACIONES MÉDICAS

ACERCA DE LA HISTORIA Y CURACION DE LAS

ENFERMEDADES AGUDAS.



SECTIO PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

De morbis acutis in genere.

Dictat ratio, si quid ego hic judico, morbum, quantumlibet ejus causæ humano corpori adversentur, nihil esse aliud quam naturæ conamen, materiæ morbificæ exterminationem, in ægri salutem omni ope molientis. Cum enim hominum genus, ita volente supremo omnium rerum arbitro ac moderatore Deo, variis impressionibus, forinsecus advenientibus excipiendis aptum natum sit, fieri non potest quin idem variis etiam malis fuerit obnoxium; quæ quidem partim ab istis æris particulis nascuntur, quæ cum corporis humoribus male convenientes in idem se insinuaverint, nudo sanguini permistæ, corpus omne morbifico afflant contagio, partim à variis fermentationum generibus, vel etiam putrefactionibus

SECCION PRIMERA.

CAPÍTULO PRIMERO.

De las enfermedades agudas.

Dicta, á mi entender, la razon quela enfermedad, siquiera sus causas dañen al cuerpo humano, no es otra cosa que un esfuerzo de la naturaleza para destruir la materia morbífica, procurando con todas sus fuerzas la salud del enfermo. Nacido el género humano, por la voluntad divina, con aptitud para recibir numerosas impresiones, procedentes de los objetos exteriores, no podia ménos de estar expuesto tambien á males numerosos, parte de los cuales deben su origen á aquellas moléculas del aire que, mezcladas con la sangre pura despues de haberse insinuado en el cuerpo, con cuyos humores se avienen mal, le impregnan por completo de un contagio morbífico; parte de varias clases de fermentaciones y áun

humorum, qui in corpore ultra justum tempus ideo sunt commorati, quia scilicet iisdem digerendis primum, dein excernendis, vel ob nimiam eorumdem molem vel qualitatem incongruam, suppar idem non fuit. Hisce rerum circumstantiis ita intime essentiae humanae intertextis complicatisque, ut nemo quisquam se ab illis insolidum queat liberare, natura de ejusmodi methodo ac symptomatum concatenatione sibi prospexit, quibus materiam peccantem atque alienam, quæ totius fabricæ compagem aliter solveret, è suis finibus possit excludere. Quamlibet autem frequentius longe quam fieri cernimus, illum, ad quem remediis hisce ingratis collimat, sanitatis scopum attingeret, nisi ab ignavis à recto, quem tenet, cursu detorqueretur; verumtamen cum sibi relicta vel nimio opere satagendo, vel etiam sibi deficiendo hominem letho dat, ferreæ illi atque insolubili mortalitatis legi obsequitur, cui debemus nos nostraque. Recte enim Boësius, atque ex rerum sensu...

*Constat æterna posthumque lege est,
Constat ut genitum nihil.*

Sed ut instantia una alterave jam dictorum veritatem asseramus; ipsa pestis quid, obsecro aliud est, quam symptomatum complicatio, quibus utitur natura ad inspiratas una cum aere particulas miasmáticas per emunctoria, apostematum specie, vel aliarum eruptionum opera excutiendas? Quid arthritis, nisi naturæ providentia ad depurandum senem sanguinem atque expurgandum corporis profundum, ut cum Hippocrate loquamur? Potest et idem affirmari de plerisque aliis morbis perfecte formati.

putrefacciones de humores que han permanecido más de lo debido en el interior del cuerpo por no haber podido ser digeridos primero y expulsados despues, á causa, ó de su cantidad excesiva ó de su calidad impropia. Inherentes y enlazadas entre sí estas particularidades en la esencia humana de una manera tan íntima que nadie por sí mismo puede eximirse de ellas, la naturaleza se ha prevenido con un método tal, y con el enlace de los síntomas, de modo que puede, á beneficio de ellos, expulsar de sus dominios la materia pecante y extraña que en otro caso destruiria la trabazon de todo el organismo. Y, aunque más á menudo de lo que vemos sucede, lograria el saludable objeto que con tan desagradables medios procura, si no fuera desviada por ignorantes del recto camino que sigue, no obstante, como abandonada á sí misma, ora obrando con solicitud excesiva, ora decayendo, por el contrario, ocasiona la muerte, tiene lugar de cumplirse la dura é ineludible ley de la mortalidad á que estamos sujetos nosotros y nuestras cosas. Dijo bien Boecio, y lo dicta el comun sentido...

*Es necesario, y está establecido por ley eterna,
Que nada de lo engendrado subsista.*

Y para demostrar con algun ejemplo la verdad de lo dicho, ¿qué otra cosa es, pregunto, la peste misma más que un conjunto de síntomas de que se vale la naturaleza para expeler por los emunctorios, y á beneficio de cierta clase de apostemas ó de otras erupciones, las particulas miasmáticas aspiradas al mismo tiempo que el aire? ¿Qué es la gota sino una providencia de la naturaleza para depurar la sangre de los viejos y purificar lo íntimo del cuerpo, usando el lenguaje de Hipócrates? Lo mis-

Jam vero nunc hoc munere celerius fungitur natura, nunc vero tardius, pro varia methodo; qua causam morbificam deturbare nititur. Nam cum febris opem deprecatur, qua adjutrice particulas inquinatas à sanguine divellat, divulsasque progressu adhuc ulteriori per sudores, diarrheam, eruptiones, aut aliam istiusmodi evacuationem expellat; cumque in sanguinis massa corpore pertenui ac fluido res omnis peragatur, idque motu partium violentiore; necesse omnino est, non solum ut subito vel in salutem aegri vel in mortem determinetur (prout scilicet natura vel materiam morbificam critiche norit solvere, vel ab eadem oppressa fatiscat) sed etiam ut pejora vehementioraque symptomata se ubique comites adjungant. Atque hujusmodi plane sunt morbi isti, quos acutos appellamus, qui velociter scilicet atque cum impetu et periculo ad statum moventur. Quamvis, si minus accurate, haud tamen minus vere loquamur, isti etiam morbi pro acutis sint habendi, qui, licet respectu paroxysmorum, si omnes simul sumantur, tardius moventur, respectu tamen paroxysmi cujuslibet particularis, cito atque etiam critiche ad finem perveniunt, quales sunt febres intermittentes omnes.

Ubi vero continens morbi materia ejus est indolis, ut febrem in partes suas petrahere non valeat ad dictæ materiæ separationem universalem; aut cum hujusmodi materia parti alicui affigitur, quæ eidem explodenda prorsus est impar, sive ob propriam conformationem (uti se res ha-

mo puede afirmarse de la mayor parte de las demás enfermedades completamente formadas.

La naturaleza, empero, realiza este objeto más rápidamente unas veces, más lentamente otras, según el diverso método que emplea para la remoción de la causa morbífica. Así, cuando se vale de la fiebre para con su ayuda poder separar de la sangre las moléculas inficionadas y ya separadas expelerlas más adelante por sudores, diarreas, erupciones ú otra evacuacion semejante; teniendo lugar todo el trabajo morboso en la masa de la sangre, cuerpo sutilísimo y líquido, y mediante una mayor agitacion de sus partes, es absolutamente necesario, no sólo que se termine prontamente ó por la salud ó por la muerte del enfermo, según que la naturaleza ó pudiera deshacerse de la materia morbífica críticamente ó sucumbiere oprimida por ella, sino tambien que se le adjunten en todo caso síntomas peores y más violentos. Y tales son todas las enfermedades que llamamos agudas, esto es, las que llegan á su mayor intensidad con rapidez é impetuosamente y con peligro. Hablando ménos propiamente, ya que no con ménos verdad, deben considerarse tambien como agudas aquellas enfermedades que si bien atendiendo al conjunto de sus paroxismos marchan con lentitud, consideradas en cada accesion particular terminan pronto y críticamente, cuales son todas las fiebres intermitentes.

Mas cuando la materia continente de la enfermedad es de tal índole que no puede determinar en su auxilio la fiebre para la completa separacion de dicha materia, ó cuando esta materia se fija en alguna parte impotente para evacuarla, ya por su peculiar conformacion (como sucede con la

bet in materia morbifica paralytico-
rum nervis impacta, in materia item
suppurata in cavitate thoracis em-
pyicorum), vel ob defectum caloris na-
turalis et spiritum (ut cum pituita
in pulmone decidit vel senio vel tussi
diuturniore labefactatos), vel denique
ob continuum materiæ novæ adflu-
xum, qua sanguis vitiatum et ad eju-
dem eliminationem unice dispositum,
partem obruit gravatque: in his, in-
quam, casibus, vel tarde admodum
ad coctionem pervenit materia, vel
non omnino; ideoque morbi ab hujus-
modi materia inconcoctili provenien-
tes chronici, et nuncupantur et sunt.
A duobus his itaque principiis sibi in-
vicem contrariis, de quibus modo egi-
mus, morbi alii acuti, alii vero chro-
nici exurgunt.

Acutos quod spectat, quos impræ-
sentiarum tractare mihi est animus,
eorum alii à secreta atque inexplica-
bili aeris alteratione, hominum cor-
pora inefficientis, gignuntur, neque à
peculiari sanguinis, et humorum
crassi omnino dependent, nisi quate-
nus occulta aeris influenza dictis
corporibus eandem impresserit. Hi,
durante arcana illa aeris constitutio-
ne, nec ultra pergunt lacessere, neque
alio ullo tempore invadunt. Epidemi-
ci hi dicti sunt.

Acutorum alii, ab hac vel illa par-
ticulari corporum particularium ano-
malia oriuntur, qui cum à causa ma-
gis generali non producantur, ideo
neque plures simul corripunt. Hi in-
super acuti quibuslibet anni, et quo-
libet anni tempore indifferenter in-
vadunt; exceptis tamen iis quæ dice-
mus, ubi de genere hoc peculiariter
agetur. Hos ego acutos intercurrentes
sive sporadicos apello, quia nullo
non tempore contingunt, quo epide-

materia morbifica que se fija en los
nervios de los paráliticos y con la
materia supurada en el pecho de los
empiemáticos), ya por falta de calor
natural y de fuerzas (como cuando se
deposita pituita en los pulmones de
los viejos ó de los que tienen una tos
muy antigua), ya, en fin, por el aflujo
contínuo de nueva materia con que,
viciada la sangre que trata de elimi-
narla, oprime y carga la parte; en
este caso, digo, tarda mucho en lle-
gar á cocerse la materia morbífica ó
no llega á cocerse nunca, y por tanto
las enfermedades que son debidas á
semejante especie de materia refrac-
taria á la coccion se llaman y son cró-
nicas. De estos dos puntos de partida
contrarios entre sí, y de que acaba-
mos de tratar, es de donde se origi-
nan respectivamente las enfermeda-
des agudas y las crónicas.

Por lo que toca á las enfermedades
agudas de que me propongo tratar al
presente, las unas son determinadas
por una alteracion secreta é inexplica-
ble de la atmósfera que inficiona el
cuerpo humano, sin depender en
nada de la crisis especial de la san-
gre y de los humores sino en cuanto
ha sido producida en dichos cuerpos
por la oculta influencia del aire. Es-
tas no pueden acometer fuera del
tiempo en que reina aquella consti-
tucion desconocida, ni invaden en
otro alguno. Llámase las epidémicas.

Otras enfermedades agudas se ori-
ginan de tal ó cuál especial altera-
cion de los diferentes individuos, y
no siendo producidas por una causa
más general, tampoco acometen á
muchas personas á un mismo tiempo.
Además, estas enfermedades agudas
invaden indiferentemente todos los
años y en cualquier época de cada
uno, á excepcion, no obstante, de en
las que enumeramos al tratar de esta
clase en particular. Llamo á estas

mici grassantur. Ab epidemicis primum exordium mihi sumam, generalem eorumdem historiam ante omnia proponens.

CAPUT II.

De morbis epidemicis.

Nihil quicquam, opinor, animum universæ qua patet Medicinæ pomæria perlustrantem tanta admiratione percelleret, quam discolor illa, et sui plane dissimillis morborum epidemicorum facies, non tam quam varias ejusdem anni tempestates, quam qua discrepantes diversorum ab invicem annorum constitutiones referunt, ab iisque dependent. Quæ tam aperta prædictorum morborum diversitas tum propriis, ac sibi peculiaribus symptomatibus, tum etiam medendi ratione quam hi ab illis disparem prorsus sibi vendicant, satis illucescit. Ex quibus constat, morbos hosce, ut ut externa quadantenus specie, et symptomatibus aliquot utrisque pariter supervenientibus convenire paulo incautioribus videantur, re tamen ipsa, si bene advertetis animum, alienæ admodum esse indolis, et distare ut æra lupinis. Haud equidem satis scio, an diligentius examen (quali rite instituendo vix unius hominis brevis ætas par esse videatur) nos edoceret, epidemicorum alios continua quadam serie, seu facto circulo, alios semper excipere; an vero omnes indiscriminatim nulloque servato ordine, pro occulta aeris diathesi, et inexplicabili temporum ratione, mortales incessere. Hoc saltem pro comperto habeo ex multiplici accuratissimarum observationum fide, prædictas morborum species, præsertim, febres continuas ita toto, quod ajunt,

enfermedades agudas *intercurrentes*, porque aparecen en todas las épocas en que existen epidémicas. Empezaré por las epidémicas, presentando, ante todo, su historia general.

CAPÍTULO II.

De las enfermedades epidémicas.

Ninguna otra cosa me parece tan á propósito para llenar de admiración el ánimo del que se dedica á ilustrar el campo de la Medicina entera, como el variadísimo y en gran manera desemejante aspecto propio de las enfermedades epidémicas, no tanto por lo que se refiere á las varias estaciones de un mismo año, cuanto por lo que hace relacion á las distintas constituciones de los diversos años de que dependen. Esta notable diversidad de las enfermedades predichas se revela muy claramente, así en sus síntomas propios y peculiares, como tambien en el diferente método curativo que unas y otras reclaman. Todo lo cual demuestra que estas enfermedades, aunque parezca á los poco avisados que convienen en algo por su forma aparente y por algunos síntomas que igualmente se presenten en dos de ellas, en realidad de verdad, si se fija bien la atención, se advertirá que son de una índole completamente distinta, y se diferencian tanto como la moneda buena de la falsa. No puedo afirmar con seguridad si un exámen detenido (para efectuar el cual convenientemente bastaría apenas la corta vida de un hombre sólo) nos enseñaría que las enfermedades epidémicas se suceden siempre unas á otras con un orden determinado y alternativamente, ó que todas, indistintamente y sin guardar ningun orden, atacan

cœlo differre, ut qua methodo curren-
te anno ægrotos liberaveris, eadem
ipsa anno jam vertente forsitan è
medio tolles: quodque, ubi semel in
genuinam medendi rationem, quam
hæc vel illa febris species sibi vindicat,
auspicato incederim, ad eundem
scopum colligans (favente, ut fit,
Optimo Numine) metam quasi semper
atingam, respectu ad temperamentum,
ætatem et reliqua ejusmodi usquequaque
habito, donec extincta illa specie,
novoque gliscente malo, anceps
rursus hæreo, qua mihi via insisten-
dum, ut ægris subveniam, ac proinde
nisi ingenti adhibita cautela intentisque
omnibus animi nervis, vix ac ne vix
quidem possum efficere ne unus aut
alter eorum, qui se primi meæ curæ
commiserint, vita periclitetur, donec
investigato jugiter tandemque
perspecto morbi genio, ad eundem
perdomandum recto pede, et intrepidus
denuo procedam.

Quamvis autem diversas diversorum
annorum habitudines, quoad manifestas
aeris qualitates, maxima qua potui
diligentia notaverim, ut vel exinde
causas tantæ epidemiarum vicissitudinis
expiscarer, me tamen ne hilum quidem
hactenus promoveri sentio; quippe qui
animadverto annos quoad manifestam
aeris temperiem sibi plane consentientes,
dispari admodum morborum agmine
infestari, et viceversa. Ita enim se res
habet. Variæ sunt nempe annorum

á los mortales, segun la constitucion
oculta del aire y la inexplicable sucesion
de los tiempos. Solamente tengo por
indudable, aleccionado por numerosas
observaciones recogidas con gran esmero,
que las indicadas especies de enfermedades,
y principalmente las fiebres continuas,
difieren entre sí tan por completo, que el
mismo método con que se consigue sanar
á los enfermos en el curso de un año,
terminado este sería capaz quizá de
ocasionarles la muerte; por esta razón,
una vez que he tenido la suerte de
descubrir el tratamiento genuinamente
reclamado por tal ó cual especie de
fiebre, sigo empleando el mismo, y, con
el favor de Dios que obtengo, logro curar
á casi todos los atacados de ella, teniendo
en cuenta el temperamento, edad y demás
circunstancias del individuo; hasta que,
extinguida aquella especie y apareciendo
un nuevo mal, vuelvo á dudar por qué
camino he de dirigirme para auxiliar á
los enfermos, y, por tanto, á no proceder
con grandísima cautela y á no aplicar
toda mi atención, apenas si puedo evitar
que alguno de los que primero se confían
á mi cuidado no arriesgue la vida, hasta
que, bien dilucidado y reconocido al fin
el genio de la enfermedad, puedo
combatirla directamente y con seguridad.

Aunque he notado con todo el esmero
posible los diversos modos de ser de los
diversos años, relativamente á las
cualidades manifestadas del aire, con el
fin de deducir de ellas la causa de tan
gran variedad en las enfermedades
epidémicas, no creo, sin embargo, poder
adelantar nada acerca de este asunto;
pues advierto que en los años más
claramente parecidos entre sí, en cuanto
á las cualidades apreciables del aire, se
presentan enfermedades muy diferentes,

constitutiones, quæ neque calori, neque frigori, non siccò humidove ortum suum debent, sed ab occulta potius et inexplicabili quadam alteratione in ipsis terræ visceribus pendent, unde aer ejusmodi effluviis contaminatur, quæ humana corpora huic aut illi morbo addicunt determinantque, stante scilicet præfatæ constitutionis prædominio, quæ exacto demum aliquot annorum curriculo facessit, atque alteri locum cedit. Unaquæque harum constitutionum generalium propria, ac peculiari sibi febris specie funestatur, quæ extra illam nusquam comparet, cujusmodi febres idcirco *Stationariæ* nobis audiunt.

Adhæc sunt, et particulares quædam ejusdem anni, ut ita dicam, crases, in quibus licet secundum manifestas aeris qualitates, ejusmodi febres quæ generaliore anni constitutionem sequuntur magis minusve epidemice grassentur, vel serius ociusve ingruant; præ cæteris tamen ejusmodi febres, quæ omnibus in universum annis competunt (quas ideo *Intercurrentes* voco) ab hoc, illo manifesto aeris temperamento ortum ducunt; v. gr., pleuritis, angina et reliquæ ejusdem farinæ, quæ à subito calore, intensius ac diuturnum frigus statim excipiente, plerumque invadunt. Potest itaque fieri, ut sensibiles aeris qualitates ad illas quidem febres producendas faciant, quæ in qualibet constitutione se exerunt; non vero ad istas alias quæ certæ alicui constitutioni quasi propriæ, ac peculiare existunt: Fatendum tamen est, prædictas aeris qualitates corpora nostra ad hujus illiusve morbi epidemici generationem magis minusve disponere; quod, et de quocumque errore circa

y viceversa. Véase, en efecto, cómo sucede. Hay varias constituciones de años que no deben su origen ni al calor, ni al frío, ni á la sequedad, ni á la humedad, sino que dependen más bien de una oculta é inexplicable alteracion acaecida en las entrañas mismas de la tierra, merced á la cual se inficiona el aire de efluvios tales, que disponen y determinan en los organismos humanos tal ó cuál enfermedad mientras subsiste predominante dicha constitucion, que, pasado un cierto espacio de años, se debilita, dejando á otra su lugar. Cada una de estas constituciones generales tiene una especie de fiebre propia y peculiar suya, que nunca aparece fuera de ella, y por cuya razón llamo á tales febres *estacionarias*.

Hay además ciertas crisis, por decirlo así, particulares de un mismo año, en las que, aún cuando las fiebres que dependen de la constitucion general invaden más ó ménos epidémicamente, y más tarde ó más pronto, segun las cualidades manifestadas de la atmósfera, aparecen principalmente, sin embargo, las propias de todo año (por cuya razón las llamo *intercurrentes*), determinadas por tal ó cuál temperatura manifesta de la atmósfera, como la pleuresía, anginas y demás análogas que invaden en la mayoría de los casos cuando á un frío intenso y duradero sucede un calor repentino. Puede, pues, suceder que las cualidades sensibles del aire sirvan para producir aquellas febres que se presentan en cualquiera constitucion, mas no las que son como propias y peculiares de una constitucion determinada; es preciso, no obstante, reconocer que las predichas cualidades del aire disponen más ó ménos nuestros cuerpos á la generacion de esta ó aquella enfermedad epidémica, lo

sex res non naturales dictum volo.

Animadvertendum autem est, epidemicorum alios in hoc aut illo anno regulariter, et eodem semper modo se habere, iisdem plane phœnomenis, et conformi symptomatum agmine in plerisque fere omnibus quos adoriuntur, stipatos, atque eadem prorsus via sibi fugam, et exitum parantes. Ex his itaque tanquam in suo genere perfectissimis, vera, et certa morborum epidemicorum historia ediscenda est atque tradenda.

Sunt vero alii, aliorum annorum morbi, qui licet epidemicorum insigniantur nomine, enormes tamen sunt et per quam anomali, utpote qui nulli se typo patiuntur astringi; et revera malisunt moris, tum quoad incertam symptomatum varietatem certissimamque, dissimilitudinem, tum quoad methodum, qua se ipsi expediunt et amolliuntur. Hæc tanta illorum disparitas exinde oritur, quod scilicet quælibet constitutio morbos parit, à morbis ejusdem generis, qui alio tempore grassabantur, multum abludentes, quod non tantum in febribus locum habet, sed in plerisque aliis epidemicis.

Neque hic finitur Orestes: restat enim et aliud paulo subtilioris teoriæ luxuriantis, si fas est dicere, naturæ lusus; quod nempe idem morbus in ipsissima anni constitutione varia sæpe et disimilli se facie ostentat, quod ad tempora attinet principii, status et declinationis; quod quidem tanti potest esse momenti, ut pro ejus abitricurativæ indicationes ponendæ, sumendæve fuerint.

que quiero se entienda igualmente de cualquiera error en el uso de las seis cosas no naturales.

Es de advertir que algunas enfermedades epidémicas se presentan en ciertos años con regularidad, y siempre del mismo modo, acompañadas de los mismos fenómenos y de un conjunto igual de síntomas en casi todos los individuos á quienes atacan, y con tendencia á desaparecer y terminar de la misma manera. De estas, pues, como perfectísimas en su género, es de las que se debe deducir y formar la historia verdadera y genuina de las enfermedades epidémicas.

Hay, empero, otras enfermedades de otros años, que, aunque conocidas con el nombre de epidémicas, son, no obstante, irregulares, y sobre toda ponderacion anómalas; de tal modo, que no se amoldan á ningun tipo; siendo realmente de mal carácter, tanto por la incierta variedad y notabilísima desemejanza de sus síntomas, cuanto por la manera de desenvolverse y terminarse. Esta irregularidad tan considerable es debida á que cada constitucion produce enfermedades muy distintas de las que en otro tiempo existían de igual clase, cosa que no sólo sucede con las fiebres, sino tambien con la mayor parte de las demás enfermedades epidémicas.

Y no acaba aquí la variedad: resta todavía otro juego, si es lícito llamarle así, de la naturaleza, que burla la más sutil teoría, cual es el que una misma enfermedad y en una misma constitucion se presenta muchas veces con variado y diferente aspecto por lo que toca á sus períodos de principio, estado y declinacion, circunstancia que puede alcanzar tal importancia, que hayan de fundarse en ella, y de ella deducirse las indicaciones curativas.

Porro observandum est, epidemicos quoscumque in duos omnino ordines dispesci; Vernos, dico, et Autumnales; et quamvis fieri potest, ut alia qualibet anni tempestate subnascantur, ad illam tamen sunt relegandi, Ver Autumnusve fuerit, quam proxime contingunt; accidit enim nonnumquam, aeris temperiem cum epidemicorum aliquo in tantum conspirare, ut, eo fautore, ante tempus sibi debitum miseris invadat, et è contra est, ubi tam parum illis inter se convenit, ut corpus prædispositum non nisi aliquandiu post aggrediatur. Cum itaque Ver, dico, vel Autumnum, non de ipso statim Æquinoctio, sive Verno, sive Autumnali, ad amussim loquor.

Epidemicorum, qui Verno tempore grassantur, alii mature admodum se ingerunt, mense scilicet Januario, et exinde pedetentim increbrescentes circa Æquinoctium Vernale ad statum perveniunt, à quo sensim inminuti circa solsticium Æstivum evanescent, nisi quod paucissimi postea forsitan hunc illumve petant. In horum numero sunt Morbilli, ut et Febres Tertianæ Vernales, quæ, licet serius aliquanto emergant, Februario nempe, tamen appetente Æstivo Solstitio pariter se subducunt. At vero alii Vere orti, et de die in diem invalescentes non nisi sub Æquinoctium autumnale statum indispiscuntur, quo præterlapso paulatim cedentes, tandem adventante brumali frigore vertuntur in fugam; hujusmodi sunt Pestis ipsa et Variolæ, istis annis, quibus eorum utervis aliorum morborum prædominio fuerit potitus.

Debe, además, tenerse presente que todas las enfermedades epidémicas se dividen naturalmente en dos órdenes; esto es, en primaverales y otoñales, y aunque puede suceder que se presenten en cualquiera otra estación del año, se referirán á la primavera ó al otoño, segun de cuál de ambas estaciones aparezcan más próximas. Sucede, en efecto, algunas veces que la temperatura de la atmósfera es tan adecuada para el desarrollo de alguna enfermedad epidémica, que, merced á su influencia, invade ésta ántes del tiempo acostumbrado á los pobres, ocurriendo lo contrario asimismo cuando convienen mutuamente tan poco, que el cuerpo predisposto no es atacado sino algun tiempo despues. Así, pues, al hablar de la primavera y del otoño no me refiero precisamente al momento mismo del equinoccio primaveral ú otoñal, respectivamente.

De las enfermedades epidémicas que reinan en la primavera, unas aparecen temprano; esto es, en el mes de Enero, y creciendo lentamente desde esta época, llegan á su apogeo hácia el equinoccio primaveral, desde el cual, disminuyendo insensiblemente, vienen á desaparecer hácia el solsticio del estío, fuera de algunas rarísimas que acometen despues á alguno que otro por casualidad. En este número se halla el sarampion, así como las tercianas primaverales, las cuales, aunque aparezcan algo más tarde que aquél, por lo comun en Febrero, se retiran de igual modo al acercarse el solsticio estival. Otras, empero, de las nacidas en la primavera, aumentando de dia en dia, no llegan á su completo desarrollo sino hasta el equinoccio de otoño, pasado el cual ceden paulatinamente para desaparecer al fin al llegar el frio del invierno; tales son la peste y las viruelas en los

Cholera morbus ex epidemicorum autumnalium familia mense Augusto exorsus intra angustos unius mensis cancellos conclusus percurrit sua tempora. Sunt tamen alii qui eadem tempestate prognati usque ad hyemem excurrunt, v. gr., Dysenteria, Febres quartanæ et tertianæ autumnales. Hi omnes, ut ut eorum aliquos quos semel invaserint longiori, vel breviori tempore affligant, plerumque tamen intra duorum mensium spatium, et nomen et epidemicorum naturam prorsus amittunt.

Febres autem speciatim quod attinet, observandum est, maximam earum partem, quæ continuæ sunt, nulla hucusque nomina, in quantum à constitutionis generalis influenza pendent, obtinuisse, appellaciones autem quibus dignoscuntur ab insigni aliqua alteratione sanguini impressa, vel evidentiore symptomate mutuari. Hac ratione Putridæ dicuntur, Malignæ, Petechiales, etc. Quandoquidem vero singula ferme constitutio præter has quas parturit febres, ad alium morbum aliquem magis epidemicum eodem tempore propagandum proclivis est celebrioris nominis, cujusmodi sunt Pestis, Variolæ, Dysentericæ, etc., non satis video, cur istiusmodi febres non potius sortirentur nomina à constitutione, quatenus horum morborum alterutri producendo favet, eodem illo tempore quo comparebant, quam à qualibet sanguinis alteratione, vel symptomate particulari, quæ diversæ speciei febribus pari jure possunt competere. Intermitentes vero nomina sibi desumunt ab intervallo paroxismi interjecto, atque hoc quidem caractere satis discriminantur, si variarum etiam anni tempestatum qui-

años en que una de estas dos enfermedades predomina sobre las demás.

El cólera morbo, de la familia de las enfermedades epidémicas de otoño, que nace en el mes de Agosto, recorre sus períodos en los estrechos límites de un sólo mes. Hay, en cambio, otras que, naciendo en la misma estacion, se prolongan hasta el invierno; por ejemplo, la disentería, las quartanas y tercianas de otoño. Aunque todas estas enfermedades atormentan por más ó ménos tiempo á algunos de los una vez invadidos, en la mayor parte de los casos pierden, en el espacio de dos meses, el nombre y la naturaleza de epidémicas.

Por lo que toca á las fiebres en particular, es digno de observarse que la mayor parte de las que son continuas no han recibido hasta ahora denominacion alguna significativa de la influencia de la constitucion general de que dependen, sino que las con que se distinguen las han tomado de alguna gran alteracion impresa en la sangre, ó de algun síntoma sobresaliente. Así se llaman *pútridas*, *malignas*, *petequiales*, etc. Mas, puesto que casi todas y cada una de las constituciones, además de producir estas fiebres, tiene tendencia á la propagacion de alguna enfermedad más epidémica y de nombre más ruidoso, como son la *peste*, *viruelas*, *disenteria*, etc., no veo razon bastante para que las fiebres no hayan de tomar más bien su nombre de la constitucion en cuanto favorece la produccion de tal ó cuál enfermedad en el mismo tiempo en que ellas se presentan, que de cualquiera alteracion de la sangre ó síntoma particular que puede presentarse de igual manera en fiebres de especie diversa. Por lo que hace á las intermitentes, toman su nombre del intervalo que media entre los paroxismos, y cier-

bus contingunt, Veris scilicet et Autumni habeatur ratio. Licet nonnunquam earum aliquæ de intermittentium natura revera participant, nullo caractere admodum visibili easdem prodente. Ut cum prematuræ, Julio mense, v. gr., intermittentes autumnales ingrediuntur atque increbrescunt, non statim genuinum typum induunt (quod intermittentibus vernis quidem solemne est) sed continuas febres ita per omnia imitantur, ut nisi castigatissimo utrasque examine trutinaveris, ab invicem discriminari non possint, ac refuso paulatim constitutionis impetu, et frenata vi, jam in typum regularem migrant, atque exeunte autumno, larva adjecta, intermittentes se esse, quales ab initio reapse fuerunt, palam fatentur, sive quartanæ ille fuerint, sive tertianæ; quod si non diligenter animadverterimus, cum magno ægrorum nostrorum malo medicantes hallucinabimus, dum hujusmodi febres, quæ ex intermittentium numero sunt, pro continuis veris et genuinis habeantur.

Porro, quod sedulo advertendum, cum plures aliquot horum morborum eundem fatigent annum, unus eorum aliquis reliquorum prædominio potitur, cæteris in ejus quasi dittonem redactis, et parcius id temporis sævientibus, ita ut illo augescente inminuantur hi, eodemque rursus inminuto, mox recrudescent. Atque ita vicissim mortales lacescunt, prout anni genius et sensibilis aeris temperies huic aut illi magis suffragantur. Qui vero morbus circa Æquinoctium autumnale maximopere furit et cumulatissimam edit stragem, to-

tamente que las distingue suficientemente este carácter, si se tienen además en cuenta las diferentes estaciones del año en que ocurren, esto es, la primavera y el otoño. Hay, sin embargo, algunas fiebres de esta clase que participan realmente de la naturaleza de las intermitentes, sin que ningun signo apreciable lo demuestre. Así, cuando temprano, en el mes de Julio, por ejemplo, aparecen y crecen las intermitentes otoñales, no revisten inmediatamente su tipo genuino (como es lo ordinario en las primaverales), sino que se asemejan por completo á las continuas; de tal modo, que á no examinar á entrambas rigurosísimamente, no podrían diferenciarse entre sí; mas disminuida poco á poco la violencia de la constitucion, y reprimida su fuerza, vuelven al tipo regular, y al entrar el otoño, quitada la máscara, demuestran claramente ser, como lo fueron realmente desde el principio, intermitentes, ora cuartanas, ora tercianas; lo que si no advirtiéramos con esmero, erraríamos al tratarlas, con gran perjuicio de nuestros enfermos, pues tales fiebres, que son del número de las intermitentes, se tomarian como genuinas y verdaderas continuas.

Además, y esto debe notarse con cuidado; aunque existan en un mismo año varias de estas enfermedades, una sola de ellas predomina sobre las restantes, que se hallan como sometidas á su jurisdiccion, y se ensañan poco durante este predominio; de tal modo, que disminuyen cuando aquella aumenta y se exasperan cuando disminuye. De esta manera molestan alternativamente á los mortales, segun que la índole del año y la temperatura manifesta del aire favorecen más á unas ú otras. La enfermedad que en el equinoccio de

tius anni constitutioni nomen imperit suum; quisquis enim fuerit morborum, qui ea tempestate pro cæteris invaluerint, principatum omnium qui isto anno invadunt, obtinuisse facile deprehendetur, cujus ingenio epidemici, quotquot sunt, *synchronoi*, se accommodant, in quantum eorum fert natura; v. gr., cum Variolæ eo tempore latissime depopulantur, febris toto anno sparsim oberrans ejusdem plane inflammationis est particeps, quæ variolas parit. Uterque nempe morbus ad eandem fere normam adoritur, maximaque intermaxime propria utriusque symptomata intercedit cognatio (excepta variolarum eruptione, et reliquis quæ ab illa pendent), ut ex ingenti illa, tum ad spontaneos sudores, tum ad salivam excernendam propensione, in qua utriusque convenit, abunde constat. Pariter, cum Dysenteria dicto tempore præcipue fuerint grassatæ, febris, quæ eo anno infestat earumdem indolem non leviter æmularur, nisi quod ille causam morbificam per sedes eliminat, et pauca alia exinde nascantur symptomata, quod tum à consimili utriusque morbi insultu, tum etiam quod utroque malo correpti a partibus similibusque invicem symptomatibus admodum sint obnoxii, satis evincitur. Et sane Dysenteria de qua agitur, ipsissima illa febris est; hoc tantum discrimine, quod introvertatur et in intestina se exonerans per eandem viam sibi faciat. Notandum autem est, epidemicorum illum principem, qui sub æquinoctio autumnali, seu rupto agere torrens, omnia straverat, ingruente hyemis frigore intra suum se alvum condere: cum ex adverso epidemici inferioris ordinis, qui sub eo merentur, tum temporis præsertim ingravescant et rerum potiantur, donec dictus anni princeps eorum

otoño reina más intensamente y produce mayor estrago, comunica su nombre á la constitucion de todo el año, pudiéndose conocer fácilmente cuál sea, de las que en una estacion determinada han existido, la predominante sobre todas las que invaden en un mismo año, en que á su genio se acomodan, en cuanto lo consiente su naturaleza, cuantas enfermedades epidémicas existen al propio tiempo; por ejemplo, cuando las viruelas se ensañan extraordinariamente en dicha estacion, la fiebre que al mismo tiempo se presenta en alguno que otro individuo en todo el curso del año, participa de la misma inflamacion que origina las viruelas. Entrambas enfermedades atacan casi de la misma manera, y hay la mayor semejanza entre los síntomas principales de cada una (exceptuando la erupcion de las viruelas y los demás que de ella dependen), como lo demuestra suficientemente la gran propension que ámbas tienen, ya á los sudores espontáneos, ya á la salivacion. Del mismo modo, cuando han sido las disenterías las que han existido principalmente en dicha época, la fiebre que ataca en aquel año simula no poco la índole de aquellas, si no en la eliminacion de la causa morbífica por deposiciones y en otros pocos síntomas que de ella dependen, en el modo semejante de invasion de entrambas enfermedades, y tambien en que los acometidos de una y otra están igualmente sujetos á aftas y síntomas recíprocamente semejantes. Y ciertamente que la disentería de que se trata es aquella mismísima fiebre, con la única diferencia de que se dirige al interior, y, descargándose en los intestinos, se termina por esta misma vía crítica. Debe tambien notarse que la enfermedad epidémica principal que en el equinoccio de

vires denuo frangat et deleat nomen.

Postremo observandum est, quoties constitutio aliqua varias epidemiorum species parit, singulas has species genere ab illis differre, quæ cum idem plane nomen sortiantur, alia tamen constitutione generentur; quocumque sint autem species illæ peculiare, quæ in una eademque constitutione invadunt, in communi una atque generali causa singularum productrice, omnes conveniunt, hæc scilicet aut alia aeris diathesi peculiari; et ex consequenti, quancumque ab invicem, quoad typum et formam specificam, intervallo distent. Constitutio tamen omnibus communis subjectam singularum materiam ad ejusmodi conditionem atque statum effingit formatque, ut præcipua symptomata, quæ ad particularem evacuationi modum nihil attinet, omnibus paria sint; singulis etiam in hoc conspirantibus, ut eodem pariter omnes tempore et intendant sævitiam et remittant. Notandum est insuper, quibus annis variæ illarum species grassantur uno eodemque tempore, eas omnes modo quo primum aggrediuntur, atque invasionis symptomatis, consentire.

Hinc itaque cernere est, variam admodum et accuratam naturæ methodum, quam ad morborum generationem adhibet, quam nemo hominum, arbitror, hactenus, pro rei dignitate satis observando est assecutus. Atqui ex pauculis hisce omnino conficitur (cum specificæ popularium

otoño lo ha arrasado todo á manera de torrente desbordado, al sobrevenir el frío parece como que se oculta dentro de su álveo ó madre, miéntras, por el contrario, las enfermedades epidémicas de órden inferior que se hallan sometidas á ella, se agravan y enseñorean entónces, hasta que nuevamente la dicha principal quebranta sus fuerzas y las disipa.

Debe observarse, finalmente, que siempre que una constitucion determina várias especies de enfermedades epidémicas, cada una de estas especies difiere en general de aquellas que, aunque se designen con igual nombre, se producen, no obstante, en otra constitucion; y cualquiera que sea el número de especies peculiares que invaden en una misma constitucion, convienen todas en una causa general productora; esto es, tal ó cuál diatesis particular del aire, y por consiguiente, por mucho que se distingan en cuanto al tipo y forma específica, pues la constitucion comun á todas fija y forma la materia propia de cada una á su propia condicion y estado, de tal manera que los principales síntomas, que nada importan al modo particular de evacuacion, sean en todas iguales, conviniendo todas ellas tambien en aumentar y disminuir su intensidad en una misma época y simultáneamente. Debe notarse además que en aquellos años en que existen várias especies al mismo tiempo, se parecen todas en el modo de atacar y en los síntomas de la invasion.

Puede verse, por lo dicho, lo variado y sutil del método que la naturaleza emplea para la generacion de las enfermedades, que nadie, creo, ha observado hasta el presente tan asiduamente como la importancia del asunto lo merece. Asimismo se deduce claramente de estas breves con-

morborum differentiae, nominatim febrium, arcanæ annorum constitutioni innitantur) in cassum desudare illos, quotquot diversarum febrium rationes à causa morbifica in humano corpore aggesta deducunt; nam liquido patet, quemlibet, pancreaticè licet valentem, si certa quædam hujus nostræ regionis loca adeat, febre ibidem grassante intra dies aliquot laboraturum: vix autem credibile sit, manifestam aliquam mutationem ab aere præfati viri humoribus tam brevi impressum iri. Neque minus difficile est, generales regulas febribus his debellandis accomodare, et certos aliquos limites figere, quos ultra citraque progredi, aut in iisdem consistere, non liceat. In hac itaque tam spissa rerum caligine, nihil mihi prius est, quam quando novæ febris grassari incipiunt, cunctari paulisper, et ad magna præsertim remedia non nisi suspenso pede ac tardius procedere; diligenter interim illarum ingenium atque morem observare; quibus itidem præsidiorum generibus ægri juventur vel ledantur, ut quamplurimum his repudiatis, illis utamur.

Verbo dicam, epidemicorum species omnes juxta phænomenon suorum varietatem in classes redigere, ac characteres cujusque idiopathicos enucleare, necnon propriam medendi rationem unicuique sigillatim accomodare, ut res est multi otii ac summè ardua, ita etiã cum nullo certo (aut saltem nondum explorato) annorum ordine emergant, ad justum de iisdem observationum apparatus congerendum fortasse unius medici ætas non suffecerit. At vero hic labor, ut ut sit improbus, prius est exantlandus, quam nos aliquid me-

sideraciones que, dependiendo las diferencias de las enfermedades populares, y en especial de las fiebres, de la oculta constitucion de los años, se esfuerzan en vano los que atribuyen el origen de las diferentes fiebres á una causa morbífica elaborada en el cuerpo humano; pues es bien sabido que cualquiera, por buena salud de que goce al venir á determinados puntos de esta nuestra nacion, contrae á los pocos dias la fiebre en ellos existente; siendo apenas creible que en tan breve tiempo haya podido determinar el aire cambio alguno manifestado en los humores del supradicho individuo. Ni es ménos difícil dar reglas generales para combatir estas fiebres y fijar algunos determinados límites que no sea lícito traspasar, ó á que sea preciso atenderse. Así que, en asunto tan oscuro nada me parece tan conveniente, cuando empiezan á aparecer fiebres nuevas, como contemporar algun tanto y proceder lentamente y con calma, principalmente en lo que se refiere al empleo de remedios enérgicos, observando entre tanto diligentemente su genio y carácter, y la clase de auxilios que aprovechan ó dañan á los enfermos, para desechar cuanto ántes estos y recurrir á aquellos.

En una palabra: como quiera que el clasificar todas las especies de enfermedades epidémicas, segun la variedad de sus fenómenos, exponer los caractéres idiopáticos de cada una, y acomodar á cada una en particular el método curativo apropiado, es cosa de mucho tiempo y sumamente ardua, puesto que dichas enfermedades no se presentan en el trascurso de los años con un órden determinado (ó al ménos hasta ahora conocido), exige este trabajo un conjunto de observaciones, para cuya reunion y disposicion conveniente no bastaria proba-

moratu dignum in extricanda tam multifaria horum morborum serie præstitisse jure possimus gloriari.

At vero quibus demum modis, rationem reddemus distinctarum specierum epidemicorum, qui non tantum, quatenus saltem nobis liquet, fortuito incursant, sed etiam qui uno anno aut certa aliqua annorum serie ejusdem sunt generis, anno alio specie ab aliis alii distinguuntur? Nulla hic mihi unquam methodus æque commoda est visa atque illa, quæ per sufficientem annorum numerum protensa, eodem illos ordine describeret, quo se invicem excipiebant et insequabantur. Quod ut jam pro meo modulo efficiam, historiam et curationes epidemicorum, qui ab anno 1661 ad annum usque 1676 (per 15 videlicet annorum spatium) depopulabantur, ex accuratissimarum, quas mihi facere liquit, observationum fide orbi erudito tradam. Cum mihi impossibile plane videatur, effectum id dare, vel causas eorundem exortus assignando à manifestis aeris qualitatibus desumptas, vel multo etiam minus à particulari aliqua dyscrasia in sanguine atque humoribus, nisi in quantum secretæ aeris influentiæ illa deberetur. Quin et magis adhuc, si fas est dicere, impossibile fuerit variorum epidemicorum species tradere, qui à specificis aeris alterationibus oriuntur, quantum vis in proclivi illud esse videatur, istis videlicet qui febrium nomina attexere norint notionibus, in speculatione istarum alterationum, quæ in sanguine humano, atque ejus humoribus per hanc illamve principiorum degeneracionem fieri possunt, male fundatis. Quo quidem pacto, cum non naturam se-

blemente la vida de un solo médico. Por ímprobo que sea este trabajo, debe, no obstante, llevarse á cabo ántes de que podamos gloriarnos legítimamente de haber hecho algo digno de mencion para esclarecer la tan numerosa clase de estas enfermedades.

Mas ¿cómo podremos darnos cuenta de las diversas especies de enfermedades epidémicas, no sólo de las que, al parecer al ménos, hacen incursiones casuales, sino de aquellas que en un año ó en una série de años son de un mismo género, y en otro son de especie distinta las unas de las otras? Ningun otro método me parece tan adecuado para este objeto como el describirlas, refiriéndose á suficiente número de años, con el mismo órden con que se enlazan y suceden mútuamente. Para hacerlo yo en la medida de mis fuerzas, voy á exponer á la consideracion de los eruditos la historia y curaciones de las enfermedades epidémicas que reinaron desde el año 1661 al 1676 (esto es, en un espacio de quince años), segun los resultados de las más exactas observaciones que me ha sido dado recoger. Tengo por completamente imposible que esto pudiera conseguirse asignando como causas de su aparicion las tomadas de las cualidades manifestas del aire, ni mucho ménos de alguna discrasia particular de la sangre y humores, sino en cuanto fuera debida á la secreta influencia de la atmósfera. Y aún sería más imposible, si es lícito decirlo así, el determinar de esta manera las especies de las diferentes enfermedades epidémicas que se originan de las alteraciones específicas del aire, aunque pueda parecer fácil á los que quisieran amoldar los nombres de las fiebres á las nociones mal fundadas en la investigacion de las alteraciones que en la sangre y hu-

quamur, optimam ducem, sed conjectandi libidini indulgeamus, tot nobis erunt morborum species, quot comminisci placuerit: eam nobis interim arrogamus licentiam, quam nemo facile botanico concesserit, à quo in describenda plantarum historia sensuum requirimus testimonium, ac fidem, non rationis commentationem, quantumlibet ista polleat, atque aliis longe antecellat.

Haud equidem tantum mihi sumo, ut me in his, quæ jam trado, omnem absolvisse numerum existimem, forte ne in recensenda quidem universa epidemicorum familia; multo minus in me recipio, ut qui morbi elapsis, de quibus nobis sermo est, annis, ordine infra dicendo se mutuo exceperunt, venturis sæculis eundem perpetuo servaverint. Unum hoc molior, ut quo pacto hæc se res habuit nuper, æstipulante paucorum aliquot annorum observatione, enarrem, quod ad has scilicet regiones spectat, et hanc in qua degimus urbem, ut meum, quale quale sit, symbolum conferam ad opus incoandum, quod, si quid ego judicando valeo, in maximum humani generis emolumentum cedit, ubi tandem à posteris, quibus integrum epidemicorum curriculum venientibus annis sibi invicem succedentium intueri dabitur, ad umbilicum perducetur.

mores del hombre pueden realizarse por esta ó la otra degeneracion de sus principios. Por este camino, como quiera que no sólo dejaríamos de seguir á la naturaleza, nuestra mejor guía, sino que accederíamos tambien al placer de formar conjeturas, habria para nosotros tantas enfermedades cuantas nos agradare imaginar; esto sería, por otra parte, tomarse la licencia, que nadie concederia á un botánico, de quien en la descripcion de la historia de las plantas exigimos el testimonio y fé de los sentidos, no los comentarios de su razon, por muy brillante que sea y por mucho que aventaje á los demás bajo este aspecto.

No me lisonjeo en manera alguna de haber llegado á la perfeccion en lo que voy á exponer, ni aún acaso en la recapitulacion de toda la familia de las enfermedades epidémicas: mucho ménos respondo de que las enfermedades en que voy á ocuparme hayan de guardar en los años por venir el mismo orden con que abajo diremos se sucedieron en los pasados. Mi único objeto es señalar, fundándome en la observacion de unos cuantos años, el orden en que se han sucedido las enfermedades epidémicas los pasados en estas regiones y en la ciudad en que vivo, para que mi trabajo, cualquiera que sea su valor, contribuya á iniciar una obra que, si algo vale mi juicio, ha de producir un beneficio inmenso á la humanidad luégo que se lleve á la perfeccion por la posteridad, á la que será dado conocer completamente el orden con que las enfermedades epidémicas se suceden mutuamente en el curso de los años.

CAPUT III.

Constitutio epidemica annorum 1661, 1662, 1663, 1664.—Londini.

Anno 1661 febres autumnales intermittentes, quæ jam ab aliquot, retro annis obtinuerunt, de novo vires reintegrabant (tertiana præsertim mali moris) sub initio Julii, et quotidie increbrescentes, mense Augusto quam immanissime debacchabantur, inque multis locis, correptis fere integris familiis, maximam hominum stragem edebant; dein vero sensim decrescentes, superveniente hyemis frigore extinctæ sunt, per paucos Octobris mense aggressæ. Quæ dictæ tertianæ famulabantur symptomata, illa ab intermittentium tertianarum aliorum annorum symptomatis, his præsertim discriminabantur. Ægri paroxismus atrocior, lingua magis nigra siccaque, extra paroxysmum apirexia obscurior, virium, et appetitus prostratio major, major item ad paroxysmum ingeminandum proclivitas, omnia summatim accidentia immaniora, ipseque morbus quam pro more febrium intermittentium funestior. Si quando ætate provectiores, aut etiam cachecticos invasisset, quibus pariter vena secta, aut aliæ quævis evacuationes minuissent vires, nunc ad duos, nunc ad tres menses perdarabat. Quartanæ rariores licet, febres jam descriptas comitabantur, utrisque vero primum brumæ impetum non sustinentibus (neminem enim, ante intactum, feriebant) subsecuta est febris continua, ab intermittentium autumnalium genio in hoc tantum abhorrens, quod hæc statis solum temporibus, illa continenter urgebat. Etenim eodem ferme modo ægrotos adoriebantur; qui utrisque pariter vehementer labora-

CAPÍTULO III.

Constitucion epidémica de los años 1661, 62, 63 y 64 en Londres.

En el año de 1661 las fiebres intermitentes otoñales, que ya algunos años ántes habian reinado, se recrudecieron de nuevo á principios de Julio, principalmente unas tercianas de mal carácter, y haciéndose cada dia más frecuentes, se desenfrenaron atrozmente en el mes de Agosto, é invadiendo en muchos puntos familias casi enteras, producian grandísimo estrago; decreciendo despues marcadamente, desaparecieron al sobrevenir el frío del invierno, habiendo ya invadido á pocos en el mes de Octubre. Los síntomas que acompañaban á la sobredicha tertiana se diferenciaban de los de las intermitentes tercianas de otros años principalmente en lo siguiente. El paroxismo era más violento; la lengua más negra y seca, ménos perceptible la apirexia fuera del paroxismo, mayor la pérdida de fuerzas y del apetito, y mayor tambien la tendencia á la duplicacion del paroxismo; en resúmen, eran más intensos todos los accidentes y la enfermedad misma más funesta que lo son de ordinario las fiebres intermitentes. Si invadia alguna vez á individuos de edad avanzada ó caquéticos á quienes al propio tiempo se hubiere sangrado, ó cuyas fuerzas hubieran sido debilitadas por cualesquiera otras evacuaciones, se prolongaba hasta dos ó tres meses. Las cuartanas, aunque más raras, existian simultáneamente con las fiebres ya descriptas, y no habiendo resistido ni unas ni otras á la primera impresion del invierno (pues á ninguno de los hasta esta época incólumes acometieron), se presentó una

bant, vomituriabant, cum partium externarum siccitate, siti, linguæ nigredine; et sudoribus sub morbi finem materia morbifica in utrisque promptissime exterminabatur. Quinimo vel hinc liquebat, febrem hanc ad autumnalium intermittantium classem attingere, quod raro admodum surgente anno compareret. Dicta itaque febris continua intermittantium quasi compendium quoddam; et è contra singuli earum paroxysmi compendium hujusce mihi videbantur: atque adeo discrimen in hoc maxime versari, quod continuæ conceptam semel effervescentiam summam eodemque semper tenore perficerent; intermittentes autem partitis vicibus ac diversis temporibus eadem defungerentur. Quanto autem jam tempore prædicta febris continua invaluerit dicendo non sum, cum mihi hactenus satis fuerit ad generalia febrium symptomata attendere; utpote qui nondum, vel juxta varias annorum crases, aut ejusdem anni varia tempora easdem distingui posse animadverteram. Hoc saltem scio, unicam fuisse continuæ febris speciem usque ad annum 1665 ac intermittentes autumnales, quæ ad illum usque annum frequentes incursabant, jam deinceps rarissimas occurrisse.

Sed ut ad rem redeamus: febris illa tertiana, quæ dicto anno omnia longe lateque fuerat prædata, eodem elapso intra angustiores limites se continuit: insequentibus vero autumnis quartanæ epidemicis reliquis prædominabantur, stante hæc aeris constitutione. Quartanis semper post au-

fièvre continue, diferente tan sólo de las intermitentes otoñales en que éstas molestaban en días alternos, y aquella sin intermision. Por lo demás, invadian casi de la misma manera; los que padecian unas y otras con intensidad, vomitaban, tenian las partes exteriores secas, sed, lengua negruzca, y en unas y otras se exterminaba en brevísimo tiempo, por medio de sudores, la materia morbífica al fin de la enfermedad. Lo que demostraba patentemente que esta fiebre pertenecia á la clase de las intermitentes otoñales, era el que rara vez ocurria al principio del año. Así dicha fiebre era como el compendio de las intermitentes, y recíprocamente cada paroxismo de éstas parecia un resumen de aquéllas; consistiendo, por consiguiente, la diferencia principal en que las continuas, una vez iniciada la efervescencia, tenian un curso igual siempre é incesante, al paso que el de las intermitentes se realizaba por partes y en varias veces. No me es posible decir cuánto tiempo hacia que existia dicha fiebre continua, como quiera que entónces me concretaba á observar los síntomas generales de las fiebres, puesto que aún no habia advertido que pudieran distinguirse, segun las diversas constituciones de los años y los diversos tiempos de cada uno. Solamente sé que hasta el año 1665 existió una sola especie de fiebre continua, y que las intermitentes otoñales, que hasta dicho año eran frequentes, fueron despues rarísimas.

Pero volviendo á nuestro objeto, aquella fiebre terciana, que en el dicho año habia invadido universalmente, pasado éste se contuvo en más estrechos límites, predominando en los otoños siguientes las quartanas sobre todas las demás enfermedades epidémicas, á pesar de subsistir

tumnum vela contrahentibus, febris continua (quæ per hoc omne tempus, partius licet se immiscuerat) jam inclementius debacchabatur ad usque ver, quo tempore febres intermittentes vernaes succedebant, quibus ad calendas Maji pariter fatiscantibus, variolæ hinc et inde sparsim se ostendebant, quæ denuo ad conspectum epidemicorum autumnalium (febrem continuam volo, et quartanas) terga dabant victoribus. Hoc ordine morbi epidemici integram hanc aeris constitutionem pervadebant; et se mutuo insequabantur. De his mihi sermo erit in specie, et nominatim tum de febre hac, tum etiam de intermittentibus, sive ver, si autumnum attinerent, quibus hæc constitutio præ cæteris infamabatur.

Telam ordiar ab hac febre continua, quæ aliarum, quotquot sunt, omnium præcipua, et coriphæa mihi videtur, eo quod natura in hac præ aliis quibuscumque uniformiter, et ad eandem fere normam tum materiam febrificam ad debitam concoctionem perducit, tum coctam certo ac præfinito tempore exigat eliminatque. Ad hæc, quando quidem illæ annorum constitutiones, quæ intermittentes autumnales promovet, communibus annis multo sæpius recurrent, quam illæ, quæ ad cæteros epidemicos faciunt, necessario sequitur, ut quæ illas comitatur febris continua frequentius accusset.

At præter symptomata, quæ cæteras febres stipabant, dicta febris sequentibus insuper urgebatur; æger plerumque animam tantum non agebat, vomituriebat, lingua sicca et nigra, ingens ac subitanea virium

la misma constitucion del aire. Disminuyendo siempre las cuartanas despues del otoño, la fiebre continua (que durante esta época se habia presentado raras veces) se desencadenaba furiosamente hasta la primavera, en que aparecian las intermitentes primaverales, que cesaban á su vez hácia primeros de Mayo, apareciendo en tal cual punto y esparcidamente las viruelas, que se retiraban al presentarse de nuevo las enfermedades epidémicas otoñales, esto es, las fiebres continuas y las cuartanas. Tal era el órden con que invadían y se sucedían mutuamente las enfermedades epidémicas en esta constitucion de la atmósfera. Voy á tratar de ellas, en particu ar y nominalmente de la fiebre continua y de las intermitentes, así primaverales como otoñales, enfermedades que reinaron en esta constitucion más que en otra alguna.

Empezaré por la fiebre continua, que me parece la principal y tipo de cuantas existen, porque en ella, más uniformemente que en otra alguna y casi siempre de la misma manera, conduce la naturaleza la materia morbífica á la cocción debida, y una vez cocida, la segrega y elimina en un tiempo fijo y determinado. Además, como quiera que las constituciones de los años que producen las intermitentes otoñales se repiten con mucha más frecuencia en los años comunes que las que determinan las demás enfermedades epidémicas, se sigue necesariamente que la fiebre continua que las acompaña se presenta tambien más á menudo.

A más de los síntomas que acompañaban á las otras fiebres, la continua presentaba tambien los siguientes: desfallecimiento considerable del enfermo las más veces, náuseas, lengua seca y negra, postracion súbita

consternatio, et partium externarum siccitas. Urina ubique, vel crasa, vel tenuis, utraque ex æquo cruditatis indicium. In morbi declinatione, diarrhoea nisi forte medicus principio obstitisset, superjungebat, unde morbus pervicacior redditus diutius affligebat. Sed suoapte ingenio ac propria indole vix ultra diem decimum quartum vel vicissimum primum perdurabat, quo primum tempore, oborto sudore, vel potius leni madori, morbus solvebatur. Neque prius urinae coctionis signa prodebant, quod jam ut plurimum evenibat. Quin, et alia superveniebant symptomata, quoties hic morbus minus perite tractabatur. At vero tum hæc, etiam omnismorbi genius clarius elucescent, ex peculiari methodo, quam olim huic febrim accommodaveram, quam itaque huc transferam (saltem quod ad rem nostram apprime faciat) prout jam dudum typis evulgaveram. Quo quidem tempore nondum mihi innotuerit, aliquam febris speciem in rerum natura inveniri.

CAPUT IV.

Febris continua annorum 1661, 62, 63, 64.

I. Primo quidem adverto, inordinatam illam massæ sanguineæ commotionem febris hujus seu causam, seu comitem, à natura concitari, vel ut heterogenea quædam materia in eadem concussa, ac ipsi inimica secernatur: vel ut sanguis in novam aliquam diathesim immutetur.

Atque in hoc negotio magis arridet latius, et generalius commotionis

de las fuerzas, y sequedad de las partes exteriores. La orina, en los diferentes casos, era, ya espesa, ya tenue, y una y otra igualmente indicio de crudeza. En la declinacion de la enfermedad sobrevenia diarrea, á no haberla detenido el médico al principio, y haciéndose la fiebre, en su consecuencia, tenáz, atormentaba por más tiempo. Por su propio génio y natural índole, sin embargo, apenas pasaba del dia 14 ó 21, en cuya época, apareciendo el sudor, ó más bien un ligero mador, se terminaba la enfermedad. Por lo comun no se presentaban ántes de este tiempo señales de coccion en la orina. Cuando no se trataba convenientemente esta enfermedad, sobrevenian además otros síntomas. Mas, tanto estos síntomas como la naturaleza completa de la enfermedad, se comprenderán más claramente por el método especial que en otro tiempo habia empleado para el tratamiento de esta fiebre, y que trascribiré aquí (al ménos en lo que se refiere principalmente á nuestro objeto), tal qual há ya largo tiempo le he divulgado por medio de la prensa. En esta época, en efecto, ignoraba todavía que existiera naturalmente alguna otra especie de fiebre.

CAPÍTULO IV.

Fiebre continua de los años 1661, 62, 63 y 64.

I. Advierto, en primer lugar, que la desordenada conmocion de la masa sanguínea, causa ó compañera de esta fiebre, es suscitada por la naturaleza, ó para separar alguna materia heterogénea contenida en ella, y de ella enemiga, ó para cambiar la diatesis ó crásis de la sangre.

Y me agrada más para este caso la más lata denominacion de conmo-

vocabulum, quam vel *Fermentationis*, vel *Ebullitionis*; quippe quod inanis logomaquia occasiorem præscindat, quam fortassis istiusmodi voces (quæ etiamsi explicationem non incommodam admittant, tamen minus propriæ, ac non nihil duriores nonnullis videntur) hand satis caveant. Quamvis enim cruoris in febribus commotio, liquorum vegetabilium alias fermentationem, alias etiam ebullitionem æmuletur; non desunt nihilominus, qui eandem non uno modo ab utraque plurimum differre arbitrantur. De Fermentatione unum alterumve ab illis sumatur exemplum. Primo, licet frementescencia liquida vinosam quandam indolem ita nancisci soleant, ut spiritum ardentem ex iisdem distillatio eliciat, atque in acetum facile desciscant, quod ipsum insigni acore pollet, et spiritum acidum distillando exhibet: neutram tamen ejusmodi mutationem in sanguine hactenus observatam fuisse contendunt.

Deinde adverti volunt, quod cum in liquoribus vinosis fermentatio et depuratio eodem tempore peragantur, et quasi paribus passibus procedant, depuratio tamen sanguinis in febribus ejusdem æstuationem non comitetur, sed consequatur, id quod in paroxismo febrili per sudores soluto, vel oculorum testimonio, patere existimant.

Quod autem ad Ebullitionem attinet, difficilior illis hæc videtur analogia, quæque experientiam habet summopere refragantem, in multis nimirum casibus, quoties non adeo effrænis est cruoris orgasmus, ut ebullitionis appellationem mereri possit. Verum ut sit (neque enim hisce controversiis me ullatenus immisceri patiar); quando quidem fermentationis et ebullitionis vocabula apud recen-

eion que las de fermentacion ó ebullicion, para no dejar lugar á una inútil logomaquia, que acaso estas dos últimas voces no precaverian suficientemente, pues aunque admitan una explicacion no inoportuna, parecen á algunos poco propias y algun tanto inconvenientes. En efecto: aunque la conmocion de la sangre en las fiebres se asemeja en unas ocasiones á la fermentacion de los líquidos vegetales, y á su ebullicion en otras, hay, no obstante, quienes juzgan que difiere mucho de entrambas, y no bajo un sólo aspecto. Tomemos de ellos uno ó dos ejemplos, en lo relativo á la fermentacion. En primer lugar, miétras que los líquidos fermentescibles alcanzan una índole vinosa tal, que se obtiene de su destilacion aguardiente y se convierten fácilmente en vinagre, que está dotado tambien de un fuerte ágrío y dá por la destilacion un espíritu ácido, afirman que, hasta ahora, ninguna de estas dos transformaciones ha sido observada en la sangre.

Advierten, además, que miétras en los líquidos vinosos se hacen á un mismo tiempo la fermentacion y depuracion, y marchan casi á igual paso, la depuracion de la sangre en las fiebres no acompaña asimismo, sino que sigue á su agitacion, cosa que creen manifestarse más claramente que la vista en la resolucion del paroxismo febril por sudores.

Por lo que hace á la ebullicion, les parece aún más difícil la analogía, que, ciertamente, está en flagrante contradiccion con la experiencia en muchos casos en que no es bastante desenfrenado el orgasmo de la sangre para que pueda merecer el nombre de ebullicion. Pero sea de esto lo que quiera (pues yo no he de mezclarme en semejantes controversias), y puesto que las palabras *fer-*

tiores medicos plurimum invaluerunt, ego quoque eadem subinde usurpare non dubitaverim, dummodo ex jam dictis satis constet voces istas in hoc tractatu clariori solummodo dicendorum explicacioni inservire.

Porro febrilem hanc sanguinis commotionem ob materiae cujusdam heterogeneae, ipsique naturae adversantis, secretionem ab eadem concitari, omne genus febrium, quae eruptionibus stipantur, testatum facit, ut pote in quibus istius ebullitionis sanguinis beneficio, fit excretio ad cutim excrementi in eodem latitantis, et prava qualitate affecti.

Quinimo nec, mea quidem sententia, minus liquet, febrilem sanguinis commotionem saepe (ne dicam saepius) non alio collineare, quam ut ipse sese in novum quendam statum et diathesin immutet, hominemque etiam, cui sanguis purus et intaminatus perstat, feбри corripitur posse; sicuti in corporibus sanis evenire, frequenti observatione compertum est, in quibus nullus apparatus morbificus vel quoad plethoram vel quoad cacochymiam fuerit, nulla insalubris aeris anomalia, quae feбри occasionem subministraret. Nihilominus etiam hujusmodi homines, praecedente insigni aliqua aeris, victus caeterarumque rerum non naturalium (ut vocant) mutatione, identidem febre corripuntur, propterea quod eorum sanguis, novum statum et conditionem adipisci gestit, qualem ejusmodi aer aut victus postulerint; minime vero quod particularum vitiosarum in sanguine stabulantium irritatio, febrim procreet. Etsi nequaquam dubitem materiam in sanguinis despumatione post febrilem commotionem, solemniter excre-

mentacion y ebullicion han sido generalmente adoptadas por los medicos modernos, no dudo en hacer yo tambien uso de ellas, constando ya bastantemente, por lo dicho, que sólo se emplean en este tratado para mayor claridad en la explicacion de lo que ha de decirse.

Ahora bien: que esta conmocion febril de la sangre es suscitada por la naturaleza para separar alguna materia heterogénea y perjudicial á la naturaleza misma, lo atestiguan todas las fiebres que van acompañadas de erupciones, puesto que en ellas, y á beneficio de esta ebullicion de la sangre, se verifica la excrecion en la piel del excremento en ella existente, y dotado de malas cualidades.

No es ménos claro, en mi juicio, que la conmocion febril de la sangre no tiene muchas veces (por no decir muchísimas) otro objeto que cambiarse á sí misma en otro nuevo estado y diatesis, y así, áun un individuo que tiene pura y no contaminada la sangre, puede ser atacado por la febre, como por numerosas observaciones se ha averiguado que ocurre en cuerpos sanos, en que ningun aparato morbífico, ni pletórico, ni cacochímico existia, y sin que alteracion alguna insalubre de la atmósfera hubiera dado ocasion á la febre. Y, no obstante, semejantes individuos son en ocasiones atacados de febre con sólo que preceda alguna notable alteracion de la atmósfera, alimentacion ó cualquiera de las cosas que llaman no naturales, porque su sangre tiende á proporcionarse un nuevo estado y condicion, acomodados á las exigencias de dicha atmósfera ó régimen, y de ningun modo porque la irritacion de las partículas viciadas existentes en la sangre determinen la febre.

A pesar de esto, no dudo en mane-

tam, vitiosam esse, quamvis sanguis laudabilem antea diathesim obtinuerat (id quod vis magis mirandum est, quam quod esculentorum portiones aliquot corruptæ, et fœtidæ évadant, postquam insignem in corpore alterationem subierint, ac jam à reliquis segregatæ fuerint).

II. Secundo ita mecum reputo, indicationes veras ac genuinas, quæ in hoc morbo consurgunt, in hoc versari, ut sanguinis commotio intra modum naturæ proposito congruentem, sistatur; ea nimirum ratione, ut nec hinc plus æquo gliscat, unde periculosa symptomata insequi solent, nec illinc nimium torpeat, quo pacto, vel materiæ morbificæ protusio impediretur, vel sanguinis novum statum affectantis labefactarentur conatus. Adeo ut sive materiæ heterogeneæ irritanti, sive cruori res novas molienti febris ortus debeatur, indicatio utrobique eadem existat. Hisce positis fundamentis therapeutice methodum hoc ritu instituo.

Quoties mihi cum ægris res est, quorum sanguis, vel per se imbecillior existit (uti fere in pueris) vel justa spirituum copia destituitur (ut in decliviore ætate, atque etiam in juvenibus diuturno aliquo morbo connectis) à venæ sectione manum temperere. Enim vero si phlebotomiam his imperarem, sanguis etiam num citra ejusmodi imminutionem plus satis debilis, despumationi suæ obeundæ prorsus impar redderetur, unde totius massæ perversio, ac proinde forsam ipsius ægri interitus sequeretur (quæmadmodum si cerevisiæ aut alius cujusvis musti fermentatio intempestive sistatur, liquores illi vitium ple-

ra alguna que sea viciosa la materia que suele excretarse en la despumacion de la sangre despues de la conmocion febril, aunque tuviera ántes la sangre una crisis loable, cosa que apénas es más de extrañar que el que salgan corrompidas y fétidas algunas porciones de los alimentos, despues de haber sufrido una notable alteracion en el cuerpo y haber sido separadas de las demás.

Prescribo al enfermo un régimen muy suave, tanto, que no le permito tomar sino algunas cucharadas de

rati sorbenda bis vel in die permit-
tam. Interim vero ut per totam ægro-
tationem in lecto decumbat jubeo,
donec perfectæ sanationis signa ap-
pareant, ac etiam post sanationem
per longum tempus in prædictæ aquæ
usu persistere, et laneis duplicatis
ventrem à frigore bene defendere
impero, quod minus recidiva fiat,
cui hic affectus præ omnibus aliis est
obnoxius.

Pauca hæc universam meam in
curando hoc affectu methodum ex-
hauriunt, quam à nemine consulto
ob simplicitatem suam, et splendi-
dioris sive verborum, sive pharma-
corum apparatus defectum, asperna-
tum iri confido.

Atque hæc sunt illa symptomata
quæ in febre hac occurrere solent.
Sunt autem et alia quædam, qui-
bus memorandis non supersedebimus,
partim quidem, quoniam ea minoris
momenti sunt; partim vero, quod
peculiarem nullam curationem pos-
tulent, febres enim rite tractatæ spon-
te sua cessant.

De *Febre continua* hujus constitu-
tionis ac de symptomatibus ejus hac-
tenus.

CAPUT V.

Febres intermittentes.—Annorum 1661, 62, 63, 64.

Quandoquidem, ut jam sumus præ-
fati, quæ prædictos annos omnes consti-
tutio pervasit, producendis omnium
generum *intermittentibus* tan egre-
gie favit, quas tum de illis feci ob-
servaciones haud indiligentes, hic im-
pertiam. Addam insuper, et quæ de
paucis illis intermittibus observa-
vi, quæ ab illo deinceps tempore spo-
radice contigerunt, quo minus ora-
tionis filum insequentium deinceps
annorum historiam complectentibus,
cogar intercidere.

caldo de pollo para sorber dos veces
al dia. Mando, además, que esté en
la cama durante toda la enfermedad,
hasta la aparición de los signos de
curación perfecta, y despues de esto,
que persista por largo tiempo en el
uso del agua antedicha, y preserve
bien el vientre del frio, con dobles
vestidos de lana, para que no tenga
lugar la recidiva, más frecuente en
esta afección que en otra alguna.

En estas pocas cosas consiste todo
mi método para la curación de esta en-
fermedad, método que confio no será
despreciado por ningun inteligente,
bajo el pretexto de su sencillez y falta
de aparato ostentoso, tanto de pala-
bras como de medicamentos.

Y tales son los síntomas que sue-
len ocurrir en esta fiebre. Hay, no
obstante, otros que no mencionamos,
tanto por ser de poca importancia,
cuanto por no exigir una curación
especial y desaparecer espontánea-
mente cuando son tratadas las fie-
bres debidamente.

Hasta aquí lo que teníamos que de-
cir de la fiebre continua, de esta
constitución, y de sus síntomas.

CAPÍTULO V.

Fiebres intermittentes de los años 1661, 62, 63 y 64.

Puesto que, segun hemos ya ade-
lantado, favoreció tan notablemente
la producción de todo género de in-
termitentes la constitución que rei-
nó durante todos estos años, expon-
dré aquí las detenidas observaciones
que entonces hice acerca de ellas.
Añadiré tambien lo que he observa-
do respectó á las pocas intermitentes
que ocurrieron esporádicamente des-
pues de aquel tiempo, para no verme
obligado á cortar el hilo del discurso
al exponer lo que comprende la his-
toria de los siguientes años.

Primo loco quo naturam illarum atque genium conjectura saltem assequamur, advertendum est, quod in paroxysmis februm intermittentium hæc tria tempora spectanda sunt: 1. Tempus *Exhorrescentiæ*. 2. Tempus *Ebullitionis*. 3. Tempus *Despumptionis*. Et quidem ad *exhorrescentiam* quod attinet (ut de his rebus summatim loquar) ego illam exinde oriundam arbitror, quod materia febrilis, quæ nondum turgescens à massa sanguinea utcumque assimilata fuerat, jam tandem non solum inutilis, verum et inimica naturæ facta, illam exagitat quodammodo atque lacessit; ex quo fit, ut naturali quodam sensu irritata, et quasi fugam molita, *rigo-rem* in corpore excitet atque *horrorem*, aversionis suæ testem et indicem. Eodem plane modo, quo potiones purgantes à delicatulis assumpta, aut etiam toxica incaute deglutita, horrores statim inferre solent, aliaque id genus symptomata, Natura itaque hoc pacto irritata (ut ad tempus *ebullitionis* jam transeamus) quo facilius hunc hostem à suis cervicibus depellat, *fermentationem* aggredditur, solemnem nempe machinam, qua in febribus, et quibusdam aliis acutis morbis uti consuevit, cum sanguinis molem ab intestinis inimicis liberare conetur: hujus enim effervescentiæ beneficio disjunctæ peccantis illius materiæ partes, quæ sanguini æquabiliter admixtæ fuerant, aggregari quodam modo incipiunt, atque adeo leviori opera subigi possunt, ut ad despumptionem opportunæ evadant. Et quidem ut hoc fiat vel ex eo plurimum referre constat, quod qui ex febribus intermittens moriuntur, siquidem in paroxysmo pereant, in primo illo tempore (*exhorrescentiæ* scilicet) fato fungantur; nam si ad tempus effervescentiæ pertigerint, saltem pro illa vice non moriuntur.

En primer lugar, para ver de adquirir al ménos una idea probable acerca de su naturaleza y genio, debemos advertir que en los paroxismos de las fiebres intermitentes se han de considerar estos tres períodos; 1.º Período de escalofrío. 2.º Período de ebullicion. 3.º Período de despumacion. Y en verdad, por lo que toca al frío (para tratar todo esto con brevedad), le creo originado de que la materia febril que, aún no elaborada, ha sido de cualquiera manera asimilada por la masa de la sangre, hecha por fin no sólo inútil, sino enemiga de la naturaleza, la irrita y fatiga de algun modo, de donde se sigue que, instigada ésta por cierta natural sensibilidad, y como tratando de buscarla salida, excita en el cuerpo el frío y la horripilacion, que atestiguan y declaran su repugnancia á dicha materia, no de otro modo que suelen producir horripilaciones y otros síntomas análogos las pociones purgantes tomadas por personas delicadas, y los venenos ingeridos imprudentemente. Irritada, pues, de este modo la naturaleza (y pasamos al período de ebullicion), y para arrojar más fácilmente este enemigo que la subyuga, emprendela fermentacion, acostumbrado aparato de que suele valerse en la fiebre y algunas otras enfermedades agudas cuando intenta librar á la masa de la sangre de enemigos interiores; y separadas á beneficio de esta efervescencia las partes de materia pecante que se hallaban mezcladas por igual con la sangre, empiezan á congregarse de un modo determinado, pudiendo, por consiguiente, ser más fácilmente elaboradas, para ponerse en estado de ser despumadas. La importancia de tal operacion demuéstrase suficientemente por el hecho de que los que mueren de fiebres inter-

Atque per hæc duo tempora res ægrorum in angusto versantur; quibus elapsis, tertium tempus, quod *despumationi* dicatum est, insequitur, quo succedente symptomata omnia primo leviora fiunt, atque tandem plane evanescent. *Despumationis* autem nomine nihil aliud significatum volo, quam materiæ febrilis jam subactæ, et quasi devictæ, expulsionem, seu separationem; atque illud quod separatur, partim (ut in aliis liquoribus cernere licet) *florum*, partim *fæcum* rationem, et sortem obtinet.

His ita positis, videamus quomodo fiat ut redeat paroxysmus, quando quidem ægrorum fors in vado jam constituta videtur. Nimirum febrilis materia nondum tota emigravit, sed quemadmodum apud Embrya stasis temporibus sensim succrescent, ita latens hæc materia pro typorum ratione denuo caput effert, ac novum negotium naturæ facessit, idem stadium decurrens, quod in præcedentibus modo ostendimus. Nunc autem si quis à me causam quæsierit, cur fomes ille delitescens effervescencia præcedenti non satis subactus, ac proinde cum reliqua materia peccante non expulsus, proindeque novas tragædias daturus, non eodem modo in omni febre intermittenti progrediatur (nam nunc unum, nunc duos, nunc tres dies exigit, priusquam ad maturitatem perveniat, novumque paroxysmum excitet), de hac re, inquam, si quis mihi negotium exhibeat, ego plane me nescire fateor. Neque vero quisquam alius, quod sciam, in hac causa tan præclare se gessit, ut arcanum hoc opus naturæ satis enarrasse videatur. Ego philosophi nomen non ambio, et qui titu-

mitentes, áun cuando sea en el paroxismo, perecen en el primer período (en el del frío); pues de llegar al de efervescencia no mueren, al ménos por aquella vez. En estos dos períodos es cuando pelagra el enfermo, pasados los cuales se sigue el tercer tiempo, destinado á la despumacion, á cuya aparicion se disminuyen primero todos los síntomas, y al fin desaparecen por completo. Con el término *despumacion* no quiero significar otra cosa que la expulsion ó separacion de la materia febril ya elaborada y como domada; lo que se separa (como puede verse en otros líquidos) tiene en parte los caractéres y aspecto de flores, y en parte de heces.

Esto supuesto, veamos cómo se efectúa la vuelta del paroxismo cuando el enfermo parece ya puesto en salvo. Consiste esto en que, no habiéndose expulsado todavía por completo la materia febril, se desarrolla de nuevo, y á la manera que crecen poco á poco y en tiempos determinados los embriones de las abejas, despues de un tiempo más ó ménos largo, segun el tipo, irritando nuevamente á la naturaleza y recorriendo el mismo curso que anteriormente dejo expuesto. Si ahora, empero, se me preguntase cuál es la causa de que no se comporte de un mismo modo en toda fiebre intermitente aquel oculto fomento que insuficientemente subyugado en la precedente efervescencia, y no expulsado, por lo tanto, con el resto de la materia peccante, habrá de producir, como consecuencia, nuevos accidentes (pues, ora exige uno, ora dos ó bien tres dias para llegar á madurez y excitar un nuevo paroxismo); si alguno tal me preguntare, repito, confieso paladinamente que lo ignoro. Tampoco sé que haya tratado nadie de esta materia tan perfectamente, que haya explicado con claridad este

scilicet quolibet *nictemero*, in *tertiana* alternis diebus, in *quartana* tertio quoque die, calculatione videlicet facta ab unius paroxysmi initio, ad initium subsequens; licet haud raro ingeminentur posteriores duo, ita *tertiana* quolibet die invadat, *quartana* per duos dies continuos, tertio quidem ab insultu libero manente; quandoque etiam ter tribus diebus continuis infestet cum *triplex quartana* est, morbo ab isto, quem primum assumpsit, typo nomen sortiente.

Quæ sane paroxysmorum reduplicatio nonnunquam à materiæ febrilis excessu activitateque nimia produci- tur, quo in casu paroxysmus *adventiti- us primarium* antevertit; nonnunquam etiam à virium prostratione, cum in ægro nempe nimium illæ fuerint dejectæ, et paroxysmi vigor re- tusus, sive refrigeratione intensiore, sive etiam evacuationibus, præter modum effusis: in hoc vero casu cum paroxysmus *adventiti- us primarium* insequitur, mitius insuper, neque ita prorsus diu atque alter ægrum affligit. In priore instantia, materiæ tur- gescentia sive *orgasmus* tardius re- vertentem, et sibi debitam periodum nequaquam præstolatur, ac proinde aliquanto præmaturius despumatio- ne sua defungitur: in posteriore au- tem cum sanguis non jam ea vi pol- leat, quæ materiæ febrili uno impetu excutiendæ sufficiat, mox alium de novo paroxysmum substituit, quo ejus reliquias è sinu suo exturbet. Quinimo è duabus hisce causis sibi invicem adversantibus forte etiam pendet tam paroxysmorum antici- patio in febre intermittente ordinaria atque regulari, quam eorundem tar- dior accessio; quarum utraque in his febribus frequenter occurrit, quæ *nictem- erum* omne percurrunt, vel soli- tum paroxysmi tempus anticipantes, vel eo serius accedentes.

en la *terciana* un dia sí y otro nó, y en la *cuartana* cada tres dias, hecho el cálculo desde el principio de un paroxismo al del siguiente. No es raro, sin embargo, que se dupliquen las dos últimas, de modo que la *terciana* ataque todos los dias y la *cuartana* dos seguidos, dejando el tercero libre de acceso; algunas veces tam- bien ataca tres dias seguidos; y en- tónces se llama *cuartana triple*, to- mando su nombre la enfermedad del tipo que revistió primero.

Esta reduplicacion de paroxismos es producida unas veces por el exce- so y demasiada actividad de la ma- teria febril, en cuyo caso precede al principal el paroxismo *adventicio*; otras depende de la postracion de las fuerzas, quando se las ha debilitado demasiado en el enfermo y se ha re- primido la intensidad del paroxismo, ó con una refrigeracion excesiva; ó con evacuaciones muy copiosas; en este caso, como el paroxismo *adven- ticio* sigue al primitivo, además de ser más leve, no molesta al enfermo por tanto tiempo como el otro. En el primer caso, la turgencia ú *orgasmo* de la materia febril no espera en mo- do alguno á la que ha de venir más tarde y á su debido tiempo, y por tanto termina la despumacion ántes de su llegada; en el segundo, no te- niendo la sangre fuerza suficiente para expulsar en un solo acceso la materia, provoca de nuevo otro pa- roxismo, que la limpie de los restos de ella. Es posible que de estas dos causas, recíprocamente opuestas, de- penda asimismo, tanto la anticipacion como el retardo de los paroxismos en la fiebre intermitente ordinaria y regular; cosas ambas que ocurren en aquellas fiebres que duran todo un *nictemero*, y que ora anticipan, ora retardan la hora acostumbrada del paroxismo.

Febrium autem intermittentium quædam *veris* sunt, quædam *autumni*: quamvis enim in tempestatibus intermediis non nullæ oboriantur, quoniam tamen illæ, et minus frequentes sunt, et ad predictas reduci possunt (illas nempe quibus magis appropinquant) ideoque omnes sub duobus hisce generibus, *vernalibus* nempe, atque *autumnalibus*, complectar. Tempora ad quæ particulariter ut plurimum referuntur, menses sunt *Februarii*, atque *Augusti*; licet quandoque maturius invadant, tardius etiam nonnunquam; prout scilicet uberior pareiorve in aere apparatus, vel ad easdem producendas facit, vel officit, et ex consequenti magis etiam minusve epidemice deprædantur. Cujus rei exemplum habemus satis obvium in febribus intermittentibus autumnalibus, anni 1661, quo anno memini, fœminam quandam ædibus meis vicinam primo quartanæ suæ paroxysmo, ipso *Joannis festo* correptam fuisse. Et complures alii circa idem tempus præmaturum febribus illis correpti fuere, quæ postmodum adeo epidemice evaserunt; quod argumentum est magnum tum fuisse in ista quæ tunc obtinebat aeris temperie, ad istos morbos apparatus, qui deinceps procedente anno stipatiores grassabantur.

Et quidem usque adeo necessaria est hæc febrium distinctio, ut nisi eandem in praxi sedulo contemplemur, neque de earum duratione prognostico aliquo rite facto quicquam pronunciare, neque quomodo regimine ægrorum corpora curare poterimus, habita tum tempestatum, tum naturæ febrium diversæ ratione. Verum quidem est febres utriusque tempestatis ingenium non plane dissimile nancisci, si vè modum spectes primi insultus, qui cum horrore primum incipit, mox in calorem erumpit, ac

Entre las fiebres intermitentes, hay unas propias de la primavera y otras del otoño; pues aunque aparecen algunas en las épocas intermedias, como son ménos frecuentes y pueden reducirse á las anteriores (respectivamente á las que están más próximas) comprenderé á todas ellas en estos dos géneros, á saber: primaverales y otoñales. El tiempo en que por lo comun y especialmente aparecen son los meses de Febrero y Agosto, aunque en ocasiones se manifiestan más pronto ó más tarde, segun que, más ó ménos adecuada la disposicion atmosférica, favorece ó impide su produccion, y por consiguiente reinan tambien más ó ménos epidémicamente. De esto tenemos un ejemplo bastante expresivo en las intermitentes otoñales del año 1661, en el qual recuerdo que una mujer, vecina de mi casa, tuvo el primer ataque de su cuartana el dia mismo de San Juan. Otros muchos fueron tambien atacados en esta misma prematura época por aquellas fiebres que despues se hicieron epidémicas en alto grado; lo que prueba bien claramente que existia entónces en la temperie atmosférica disposicion para estas enfermedades, que despues, y á medida que adelantaba el año, se iban haciendo más numerosas.

Y es en verdad hasta tal punto necesaria esta distincion de las fiebres, que, á no recordarla cuidadosamente en la práctica, no podremos adelantar pronóstico alguno bien fundado acerca de su duracion, ni nada tampoco acerca del régimen ó método con que debe curarse al enfermo, segun lo que exigen así la estacion como la diversa naturaleza de las fiebres. Es cierto, sin duda alguna, que las fiebres de una y otra estacion no aparecen claramente distintas ni relativamente á la forma de

tandem per sudorem solvitur; sive typorum discrimina, quorum respectu quædam tertianæ sunt, tum *vere*, tum etiam *autumno*. Interim tamen non dubito, quin febres istæ tota sua natura sive essentialiter distinguantur.

Atque ut de *vernalibus* primo dicam, illæ fere omnes vel *quotidianæ*, sunt, vel *tertianæ*, et vel serius, vel ocys ingruunt pro vario tempestatis apparatu. Nam per brumale frigus spiritus concentrati, vires in suo recessu sibi acquirunt, quos appropinquantis postea solis calor jam vegetos evocat, qui cum viscidis humoribus (minus tamen viscidi sunt hi, quam quos in autumno prægressi fervores excoxerunt ac torrefecerunt) commissi, quos durante hyeme natura in sanguinis massa congesserat, dum avolare nituntur, implexi detinentur, et quasi irretiti, adeoque vernam hanc ebullitionem concitant. Eodem plane modo quo vasa cerevisia repleta atque in arena vel cella frigida diutius reposita, si igni admoveantur, tumultum statim concipiunt, et liquor ad volatum pronus est. Sanguis hoc modo affectus purgationem sui molitur, atque spirituum volatiliu[m] ope negotium hoc sat cito peragit, nisi forte nimia viscidorum succorum vi instructus fuerit, qui fermentationem ceptam removentur; et licet hoc ipsum accidat, effervescencia tamen verna raro continua, siueque similis manet, verum dissilire, atque in diversos paroxysmos quasi findi solet. Sanguine enim opulentis hisce spiritibus jam turgido, natura negotium suum quasi præceps aggreditur, et quarundam partium secretionem ad modum perfectæ solutionis

su primer ataque, que empieza con horripilacion, produce luégo calor, y se disipa, finalmente, por sudor; ni relativamente á la variedad de tipos, respecto de los cuales hay tercianas lo mismo en la primavera que en el otoño. No me cabe, sin embargo, la menor duda de que estas fiebres son de naturaleza absolutamente distinta, ó difieren esencialmente unas de otras.

Tratando, en primer lugar, de las primaverales, diremos que casi todas ellas son ó cotidianas ó tercianas, y acometen más ó ménos pronto, segun la diversa disposicion de la estacion. Concentrados, en efecto, los espíritus por el frio del invierno, se fortifican en su retiro, y ya robustecidos, al acercarse el calor de la primavera, son atraidos por éste y mezclados con los humores viscosos que durante el invierno habia acumulado la naturaleza en la masa de sangre (ménos viscosos, no obstante, que los que existen en el otoño, cocidos y espesados por los pasados calores), y al intentar escaparse, son detenidos, envueltos y como aprisionados, determinando esta ebullicion primaveral. Enteramente del mismo modo que los vasos llenos de cerveza, retenidos por mucho tiempo entre arena ó en una cueva fresca, si se aproximan al fuego, empiezan inmediatamente á agitarse, y el líquido tiende á evaporarse. La sangre afectada de este modo procura su depuracion y la realiza con bastante prontitud á beneficio de los espíritus volátiles, á no estar por acaso cargado de una cantidad excesiva de jugos viscosos que retarden la fermentacion comenzada; y aún en este caso, la efervescencia primaveral es rara vez continua é igual, sino que suele dividirse, por lo comun, y como repartirse en vários paroxismos. Excitada, en efecto, la sangre por estos

per paroxysmos particulares peragit, priusquam universali separatione defungatur. Atque hæc mihi quidem ratio non inidonea videtur, quòd verna tempestate, præsertim illa, quæ æstatem proprius attingit, paucae febres continuæ occurrant, nisi forte constitutio fuerit epidemica. Fermentationes enim tunc temporis abortæ vel subito consopiuntur, vel ad intermissionem properant, vel denique partes humorum ad separationem proniores, præmature et cum vi quadam alio transferuntur, ex quo mox anginæ, perimpneumoniæ, pleuritides, aliæque id genus pestes succrescunt, quæ desinente potissimum vere caput suum exerunt.

Animadverti, *febres intermittentes vernales* rarissime fuisse diurnas, semper vero salutares, ita ut vel maxime senex, vel debilis quispiam, officiosissima damnosissimaque imperitissimi cujuslibet sollicitatione, modo is probus fuerit, è medio vix queat tolli. Contigit mihi tamen videre tertianas vernales, quæ ob phlebotomiam et catharsim indebite celebratas, et regimen insuper cum morbo male quadrans, moras traxere etiam usque ad tempus illud, quo autumnales solent invadere; quæ tempestas cum hujus morbi genio sit admodum contraria, eundem continenter extinguit: ægro interim frequenti paroxysmorum reduplicatione, et duratione longiore ita pene confecto, ut in extremis versari videantur: quæ nihilominus (quatenus mihi hactenus observare licuit) semper est eluctatus. Neque inconvalescentibus ab hoc morbo mihi adhuc subiit videre gravissima

poderosos espíritus, emprende la naturaleza su obra como precipitada, y determina la secrecion de algunas partículas morbosas en forma de solución perfecta por medio de paroxismos particulares, antes de ocuparse en la separacion total. Y tal me parece ser la razon probable, de que en la primavera, y principalmente en su parte más cercana al verano, ocurren pocas fiebres continuas, á no ser la constitucion epidémica. Las fermentaciones nacidas en tal época, ó se calman repentinamente, ó tienden á hacerse intermitentes, ó, finalmente, las partes de los humores más dispuestas á la separacion cambian de sitio prematuramente y con cierta violencia, de lo que se originan bien pronto anginas, pulmonías, pleuresías y otros males de este género que se presentan, principalmente hácia el fin de la primavera.

He advertido que las fiebres intermitentes primaverales rarísima vez son de larga duracion, y siempre, en cambio, saludables, hasta el punto de que apenas puede determinar la muerte ni aun á los individuos muy viejos, ni en los débiles, la perniciosa y dañósísima intervencion de cualquier ignorante, con tal que sea honrado. He tenido, no obstante, ocasion de ver tercianas primaverales que, á consecuencia del empleo intempestivo de la sangría y de los purgantes, así como de un régimen inoportuno para esta enfermedad, se prolongaron hasta la época en que suelen invadir las otoñales; y como el otoño es una estacion contraria al genio de esta enfermedad, la extinguió inmediatamente; el enfermo, sin embargo, casi aniquilado por la frecuente reduplicacion de los accesos y su mayor duracion, parecia hallarse á las puertas de la muerte, que sin embargo (al ménos en lo que hasta aho-

illa symptomata, quæ, ut infra dicitur, intermittentes autumnales diuturniores sequuntur, *lethalem intelligo tonsillarum inflammationem, ventrem induratum, tumores hydropicos*, etc. Plus semel tamen adverti ægros à morbi diuturnitate, et paroxysmorum ingeminatione (accedentibus ad malarum cumulum evacuationibus repetitis) ad summam debilitatem redactos, ubi primum cæperint convalescere, in *maniam* incidisse, quæ pari cum illo passu recessit, quo eorundem vires de novo redintegrabantur.

Intermittentes vero autumnales longe aliter se habent. Primo enim tertiana, licet quibus annis epidémica non est, et sanos invadit, cito nunquam se proripit, neque pluribus stipatur symptomatis, quam quæ verno tempore contingere solent tertianæ; ubi tamen epidémice grassatur, et ætate proveciores, aut pravo corporis habitu præditos ferit, haud vacat periculo; quin etiam ad menses duos, vel tres, forte etiam in seculum usque ver tyrannidem exercet. Deinde quartanæ et periculosiores sunt, et obstinatioribus longe quam sunt illæ, de quibus ultimo diximus: Ubi enim natu grandiores impetunt, eosdem paucis adhuc paroxysmis multatos quandoque jugulant; quo in casu æger tempore exhorrescentiæ, ineunteque adeo paroxysmo ut plurimum moritur, quod jam dictum. Quod si æger in senectutis tantum fuerit confinio, nec dum ejus limen prætergressus, licet non in eodem versetur discrimine, ne inter paroxysmos primo lacescentes luce priveatur, haud tamen facile à febre hac

ra me ha sido dado observar), siempre ha podido evitarse. Tampoco he visto ocurrir en los convalecientes de esta enfermedad los gravísimos síntomas que despues diremos suelen seguir á las fiebres otoñales prolongadas; me refiero á la inflamacion mortal de las amígdalas, induracion del vientre, hidropesías, etc. No obstante, he observado en más de una ocasion que los enfermos, reducidos á una gran debilidad por la prolongacion de la enfermedad y la duplicacion de los paroxismos (cuando para colmo de desdichas se habian hecho evacuaciones repetidas), se hacian maníacos al empezar á convalecer, desapareciendo esta afeccion conforme iban recobrando de nuevo las fuerzas.

Las intermitentes otoñales se conducen de muy distinta manera. Así la tertiana, en primer lugar, aunque en los años que no es epidémica é invade á individuos sanos, se retira algunas veces pronto y no va acompañada de más síntomas que los propios de las tercianas de primavera; sin embargo, cuando ataca epidémicamente y lo hace á los viejos ó á los dotados de mala constitucion, no carece de peligro, soliendo prolongarse dos ó tres meses, y alguna vez tambien hasta la siguiente primavera. Las quartanas son mucho más peligrosas y rebeldes que las de que últimamente hemos tratado; cuando acometen á personas de edad avanzada, las matan en ocasiones á los pocos paroxismos, en cuyo caso el enfermo muere generalmente en el período del frio y al empezar el acceso, como ya dejamos dicho. Si el enfermo estuviere sólo en la proximidad de la vejez, y miéntras no hubiere pasado los primeros años de ésta, aunque no corra el mismo peligro de morir en los paroxismos

elabetur, nisi vertente anno, appetenteque illo tempore, quo primo corripiebatur. Nonnunquam etiam *hæret lateri læthalis arundo*, nec nisi à morte, languescenti decutitur. Quartana interim typum subinde variat, plurima etiam parit symptomata, *scorbutum*, v. gr., *ventrem induratum*, *hydropem*, etc. Juniores vero ferendo huic morbo pares sunt, à quo nonnunquam circa solstitium brumale liberantur; frequentius tamen non nisi adveniente verno æquinoctio, vel etiam autumno insequenti, ubi scilicet venæ sectionem aut catharsim admiserint. Sæpe non sine stupore sum intuitus infantes tenellos cum hoc morbo per totos menses sex commissos, nec oppresos tamen, sed de eodem, *Herculis instar puer*, in cunis triumphantés.

Hic notandum, quod cujuscunque demum ætatis aut temperamenti fuerit is, qui quartana corripitur, si quolibet alio vitæ tempore (vel etiam ab hoc remotissimo) eadem semel laboraverit, non diu admodum eum secunda hac vice fatigabit morbus, sed post paucos aliquot paroxysmos sponte sua solvetur, quod scitu dignum erat.

Intermittentium autem vernalium curationem quod spectat, licet illas suo semper arbitrio permittendas existimaverim, et nihil prorsus movendum, cum nemo quisquam, quod sciam, earum unquam opera satis concesserit, atque ex adverso, qui illas abigere sategerunt, remediis præsertim evacuantibus, id tantum egerint, ut morbus inde confirmatior pertinacius obsisteret; si tamen importuna ægri impatientia medici opem obnixè efflagitet, intermitten-

primeros, no se libra, sin embargo, fácilmente de esta fiebre sino al terminar el año y aparecer el tiempo en que primeramente fué invadido. A veces tambien se fija de tal manera, que sólo puede ser desechada con la muerte del paciente. La cuartana varia de cuándo en cuándo de tipo y produce muchos síntomas, como el escorbuto, la induración de vientre, la hidropesía, etc. Los jóvenes pueden tolerar mejor esta enfermedad, de que se libran algunas veces hácia el solsticio del invierno; más á menudo, sin embargo, no logran esto sino á la llegada del equinoccio primaveral ó del otoño siguiente, despues de habérselos sangrado ó purgado. He visto muchas veces con admiración que los más tiernos niños han padecido por espacio de seis meses completos esta enfermedad, sin sucumbir á ella, sin embargo, sino venciénola en la cuna, valerosamente.

Debe notarse aquí que, cualquiera sea la edad y temperamento del que es atacado por la cuartana, si la ha padecido una sola vez en alguna otra época de su vida, por mucho que diste de la presente, no le molestará largo tiempo esta segunda vez, sino que despues de unos cuantos paroxismos se desvanecerá espontáneamente, cosa que era digna de ser sabida.

Por lo que toca á la curación de las intermitentes primaverales, aunque creo que se las debe abandonar siempre á sí mismas y no hacer absolutamente nada, puesto que nadie, que yo sepa, ha muerto jamás á consecuencia de ellas, y por el contrario los que han tratado de hacerlas desaparecer, principalmente con remedios evacuantes, sólo han logrado que la enfermedad, afirmándose más con tal motivo, subsistiera con mayor tenacidad; no obstante, si el enfermo pide

tes vernaies variis modis, et quidem cum optato exitu aggredi licet, ut mihi non infrequenti observatione abunde constitit.

Nonnunquam *emeticum* tempestive propinatum, ut nempe ante paroxysmum negotio suo defungi possit, felicissime succedit; præsertim si quantitatem mediocrem *syrupi de Meconio*, vel cujusvis narcotici post finitam emetici operationem, exhiberis immediate ante paroxysmi insultum.

Est ubi sanitatem videas restitutam per diaphoretica, quæ sudorem in paroxysmi solutione abortum promoveant, ægro interim optime stragulis cooperto, id quod tantopere, ac tandiu faciendum est, quandiu vires ægri patiantur. Atque hoc in veris intermittentibus, præcipue quotidianis, sæpe obtinuit: humoribus enim in hac tempestate non admodum crassis existentibus, solutio alias imperfecta futura, in perfectam adolescit, quod quidem in autumnu nunquam accidit.

Quid quod clysteris in diebus intermittentibus per triduum, vel quadri-duum adhibiti beneficio, tertianas aliquando curaverim.

Interim si ob phlebotomiam liberiori manu celebratam (quo tempestas ipsa parum cautos inclinat), vel ob ægri debilitatem antecedentem spiritus illi qui subito ad despumationem se accingerent, pauperiores facti minus valeant, accidere potest, ut hujusmodi febres vernaies auxiliis quibuscunque frustra tentatis, autumnalium diuturnitatem æmulentur. Sed sane non solent illæ eousque durare, quippe quæ vel

impacientemente y con instancia el socorro del arte, podrá el médico combatir las intermitentes primaverales de vários modos, con feliz éxito, como me lo han demostrado numerosas observaciones.

Algunas veces, un emético dado oportunamente para que pueda obrar ántes del acceso, ha producido un resultado felicísimo, y principalmente si despues de terminada la accion del emético é inmediatamente ántes del paroxismo, se diera una cantidad regular de jarabe de meconio ó de otro narcótico cualquiera.

Hay ocasiones en que se recobra la salud á beneficio de los diaforéticos, que aumentan el sudor iniciado en la terminacion del paroxismo, en cuyo caso se mantendrá al enfermo perfectamente cubierto con las ropas de la cama, haciéndole sudar tanto y por tanto tiempo, quanto lo consientan sus fuerzas. Este medio ha producido buen resultado muchas veces en las intermitentes primaverales, principalmente en las cotidianas, pues no siendo muy espesos los humores existentes en esta estacion, la crisis, que sin esto hubiera de ser imperfecta, se convierte en perfecta; lo que en verdad nunca sucede en el otoño.

Tambien he curado algunas tercianas á beneficio de lavativas administradas por tres ó quatro dias en las épocas de la intermision.

Sin embargo, quando, ó por haber sangrado demasiado (á lo que induce fácilmente á los poco cautos la estacion misma), ó por la debilidad anterior del enfermo, empobrecidos los espíritus que habian de realizar rápidamente la despumacion, no logran hacerlo, puede suceder que las fiebres intermitentes primaverales, probados inútilmente todos los remedios, alcancen la duracion de las otoñales. Pero por lo comun no suelen pron-

sponte sua desinant, vel leviore remedium ope facile in fugam vertantur.

Intermittentes autem autumnales non tan levi opera se amoveri patiuntur. De illis igitur nonnulla mihi dicenda sunt. Si autumnalis constitutio fuerit epidemica, circa Junium ad ultimum solent invadere. Sin minus, Augustum praestolantur, et Septembris initium: in subsequentibus vero mensibus rarius occurrunt.

Cum earum ingens aliquod agmen simul invaserit, observare licebit earum paroxysmos plerumque una eademque diei hora contingere, accessionibus nunc praeventibus, nunc postponentibus, simili plane modo, atque eodem tenore, nisi quod accidere queat, ut ordo ille medicamentis adhibitis, quae retardandi vel praecipitandi vi pollent, in quibusdam corporibus immutetur vel pervertatur.

Observandum est etiam quod in principio febrium intermittentium (epidemicarum praecipue quae autumno contingunt) haud ita in proclive est typum sub primis invasionis diebus rite distinguere, quandoquidem febre continua adscita primum adoriuntur, neque facile est aliquandiu, nisi diligenter adverteris animum, quicquam aliud praeter aliqualem morbi remissionem deprehendere, quae tamen paulatim in perfectam desinit intermissionem, et typum anni tempestati apte respondentem.

Typorum ratione vel tertianae sunt, vel quartanae. Atque de quartanis quidem illud merito affirmari potest, eas genuinam esse autumnis sobolem. Utraeque profecto ea affinitate inter se connexae sunt, ut saepe numero vices permutare, saltem ad tempus, deprehendantur, mox fortassis ad pris-

garse tanto, porque, ó cedan espontáneamente, ó se ahuyentan con facilidad á beneficio del más ligero remedio.

Las intermitentes otoñales no se pueden desarraigar tan fácilmente. Debo decir aquí algo acerca de ellas. Si la constitucion otoñal fuere epidémica, suelen invadir hácia mediados de Junio. En otro caso se retardan hasta Agosto y principios de Setiembre. En los meses siguientes ocurren más rara vez.

Cuando invaden á un mismo tiempo á gran número de individuos, puede observarse que sus paroxismos ocurren en los más de los casos á una misma hora del dia, anticipándose ó retrasándose las accesiones de un modo completamente semejante, y con el mismo orden, á no ser que se cambie ó pervierta dicho orden en algunos enfermos por la administracion de medicamentos que tengan poder para retardarlos ó acelerarlos.

Debe tambien advertirse que en el principio de las fiebres intermitentes (principalmente de las epidémicas, que ocurren en el otoño), no es fácil distinguir claramente su tipo en los primeros dias de la invasion, pues que en ocasiones aparecen en el principio bajo la forma de una fiebre continua, y no es fácil por algun tiempo, á no prestar mucha atencion, advertir otra cosa que tal cual remision de la enfermedad, que no obstante se convierte paulatinamente en una perfecta intermision, y con el tipo que corresponde á la época del año.

Por razon de sus tipos son tercianas ó cuartanas. De estas últimas puede afirmarse con justicia que son una produccion genuina del Otoño. Entrambas, sin embargo, tienen entre sí tal afinidad, que se las ve á menudo sustituirse mutuamente, al ménos por algun tiempo, para volver

tinum genium redituræ. Sed tertianæ vernaes quartanarum typos nunquam induunt, cum toto (ut ita dicam) cœlo à se invicem distinguantur. Neque porro observavi unquam hac tempestate quotidianam contigisse, nisi quis tertianam duplicem, vel triplicem quartanam hoc nomine censuerit improprie appellandam.

Has autem febres intermittentes eo fere modo suam originem nescisci arbitror, quem nunc summam attingemus. Nempe anno surgente atque progressu, sanguis etiam pro rata proportione exaltatur (haud secus ac vegetabilia quævis augmentis atque declinationibus suis anni cursum referuntur) donec ad statum suam, ultimumque vigorem pervenerit; hinc parallelis motibus cum tempestatibus anni pergens, eo declinante relaxari tandem, et ipse incipit; ac tum præcipue cum ab accidentali aliqua causa promotus fuerit, puta sanguinis immodica jaectura, frigore admissu, cibis crudis atque excrementis, balnearum usu intempestivo aliisque non paucis. Jam vero sanguis in hoc decadentiæ statu constitutus impressioni morbificæ cuicumque obnoxius est, quam in illum faciet quælibet aeris constitutio, quæ hoc tempore dictis intermittentibus est epidemica. Atque huc spectat ebullitio mox inducta, quæ liquorem sanguineum quandoque valde degenerem corripiente, febris inde oriunda mali moris esse solet, et malignis, atque horrendis symptomatibus plenissima. Hæc utcumque accidit, ut sanguis spiritibus suis magnam partem exutus, et ab æstate præcedenti plurimum adustus, ebullitione sua non nisi tardissimis modibus defungatur, sæpeque despumationi longissimam periodum postulet.

más tarde á su primitivo modo de ser. Las tercianas primaverales, empero, jamás se convierten en cuartanas, siendo como son absolutamente distintas de éstas. Tampoco he observado nunca que se presentasen en esta estacion fiebres cotidianas, á no ser que se dé impropriamente este nombre á las dobles tercianas ó á las cuartanas triples.

Creo que estas fiebres intermitentes se producen del modo que sumariamente vamos á exponer ahora. A medida que va entrando y adelantando el año, se va exaltando tambien la sangre en la misma proporcion, no de otro modo que los vegetales siguen en sus aumentos y disminuciones el curso del año hasta llegar á su apogeo y mayor vigor; en relacion siempre con las modificaciones anuales del tiempo, al declinar el año empieza tambien á relajarse la sangre, y principalmente cuando es favorecida la realizacion de este efecto por alguna circunstancia accidental, como una hemorragia abundante, la accion del frio, los alimentos groseros, las alteraciones de las excreciones, el uso intempestivo de los baños y otras muchas. Ahora bien: hallándose la sangre en semejante estado de decaimiento, está dispuesta para recibir cualquiera impresion morbífica que en ella induzca una constitucion atmosférica, que en este tiempo es para dichas intermitentes epidémica. De aquí se origina la ebullicion que luego se determina, y que verificándose en una sangre muy alterada en ocasiones, la fiebre resultante de ella suele ser de mal carácter y acompañarse de síntomas malignos y peligrosos. De todos modos sucede que despojada la sangre de gran parte de sus espíritus, y consumida por el verano precedente, no efectúa su ebullicion sino con movimientos suma-

Jam vero ut manifestum evadat, quam difficulter hæc febres (autumnales puta) curationem admittant, hoc loco perpendendum est; continuarum hujus tempestatis atque intermittentium discrimen in eo maxime versari, quod continuæ conceptam semel effervescentiam continenter unoque tenore perficiant: intermittentes autem partitis vicibus ac diversis temporibus eadem defungantur. Interim in utrisque fermentatio naturæ ductu peragitur spatio horarum 336, aut circiter, neque enim citius aut tardius massa sanguinea in humano corpore ordinario repurgatur, si negotium naturæ permiseris: haud secus ac pomarium suam, vinum atque cærevisia suam, ac peculiarem habet periodum, qua depurentur. Quamvis autem in febribus intermittentibus sanguis nonnunquam (ut in quartana contingit) sex mensium spatio despumationem suam moliantur, ac tandem perficiat; non tamen (si rite calculum ponas) plus temporis in eadem absolvenda impenditur, quam quod in continuis impendi naturaliter solêt; quatuordecim enim nictémèra sive dies naturales efficiunt horas 336; tribuendo nempe horas quinque cum dimidia cuilibet paroxysmo quartanarum, habebis in quartana valorem 14 dierum, hoc est, horas 336. Jam si quis dixerit quartanam, verbi causa (eadem enim reliquarum intermittentium ratio subintelligenda est) ultra sex mensium spatium aliquando excurrere, antequam periodum suam absolvat; respondeo, idem etiam non raro in continuis febribus hujus constitutionis spectari, quæ sæpe ultra dies quatuordecim profrahuntur: in utroque nimirum casu si effervescentiam

mente lentos, y exige para su despumacion un larguísimo espacio de tiempo.

Para que se comprenda cuán difícilmente admiten curación estas fiebres (las otoñales), debe considerarse atentamente en este lugar que la diferencia entre las continuas y las intermittentes de esta constitucion, consiste principalmente en que las primeras, una vez empezada la efervescencia, la terminan sin intermision y en una sola vez, miéntras que las segundas lo verifican en varias veces y en diferentes tiempos. En unas y otras, sin embargo, la fermentacion se lleva á cabo por las fuerzas de la naturaleza en el espacio de trescientas treinta y seis horas, poco más ó ménos; no tarda, en efecto, ordinariamente más ni ménos en depurarse la masa de la sangre en el cuerpo humano, cuando se fia este encargo á la naturaleza; de la misma manera que la sidra, vino y cerveza tienen un período determinado y especial para su depuracion. En efecto: aunque la sangre en las fiebres intermittentes (como sucede en la quartana) está intentando su despumacion por espacio de seis meses en ocasiones, ántes de efectuarla por completo; no por esto, sin embargo (si se calcula con exactitud), emplea más tiempo en finalizarla del que naturalmente suele invertirse en las continuas; pues catorce nictémèros ó dias naturales hacen trescientas treinta y seis horas, y dando á cada paroxysmo quartanario cinco horas y media, se tendrá en una quartana el valor de catorce dias, esto es, trescientas treinta y seis horas. Si alguno dijera ahora que la quartana, por ejemplo (y lo mismo se entenderá de las demás intermittentes), se prolonga en ocasiones por más de seis meses, ántes de su terminacion, responderé que esto

(præsertim circa febrium finem) rite atque ordine decurrere, ac sustineri vegetam curaveris, despumatio intra prædicti temporis spatium, hoc est, quatuordecim dierum, vel 336 horarum peragetur; quod si vero effervescentiam illam seu fermentationem refrigerantium medicamentorum, aut clysteram usu tunc temporis (scilicet versus febrium declinationem) importune inhibueris, et quasi frenum illi injeceris, mirum non est, si in longum evagentur, ordine quippe naturæ perturbato. Namque hoc modo relaxatur quodam modo sanguinis humani tonus, unde se ad despumationem accingere cum effectu nequit. Immo vero in corporibus debilibus, et effætis idem aliquando, vel sponte accidit, nisi cardiacorum ope naturam in illius languentem adjuveris, quo sanguini despumando par sit.

Verum illud hic jam porro notandum arbitror, ea quæ de fermentationis spatio atque continuatione supra tradidimus, de illis solummodo febribus intelligenda esse, quæ statam quandam naturam atque habitum nactæ sunt. Sciendum enim est (neque me præterit) febres quasdam esse, tum continuas, tum intermittentes quæ transeuntis, et incerti generii sunt, neque in suis effervescentiis ad destinatam periodum pertinent. Hujus generis sunt quæ à levi aliqua offensa ex sex rerum non naturalium, quas appellant, ut cibi, potus, aeris, et his similibus, abusu, nonnunquam ortum ducunt, his enim morbis correpti subito sæpe convalescunt. Idem etiam adolescentulis,

mismo se observa frecuentemente en las fiebres continuas de esta constitucion que con frecuencia pasan de los catorce dias; no obstante, en ambos casos, si se cuida de que la efervescencia siga su curso exacta y ordenadamente y se sostenga vigorosa, principalmente hácia el fin de la fiebre, la despumacion se hará en el espacio de tiempo marcado, esto es, en catorce dias ó trescientas treinta y seis horas; pero si la efervescencia ó fermentacion se reprimiera inoportunamente por el uso de medicamentos refrigerantes, ó lavativas en aquel tiempo (es decir, en la declinacion de la fiebre), no es de admirar que se prolonguen, puesto que se ha perturbado el órden de la naturaleza. De este modo, en efecto, se relaja en cierta manera el tono de la sangre humana, y no puede, por tanto, emprender con éxito la despumacion. Esto mismo sucede tambien aún espontáneamente en los cuerpos débiles y gastados, si no se ayuda con cardiacos á su naturaleza desfallecida para que pueda realizar la despumacion.

Creo, no obstante, deber advertir aquí que lo que hemos dicho del tiempo y órden de la fermentacion ha de entenderse solamente de aquellas fiebres que han alcanzado una naturaleza y forma fija. Debe saberse, en efecto, (y no se me oculta á mí), que hay ciertas fiebres, ora continuas, ora intermittentes, que son de un genio incierto y pasajero y no emplean en sus efervescencias un tiempo determinado. De esta clase son las que se originan en ocasiones á consecuencia de una ligera alteracion por abuso de las seis cosas llamadas no naturales, como la comida, bebida, aire y semejantes á éstas; pues los atacados de tales enfermedades convalecen con frecuencia a

sanguine puro, ac multis spiritibus referto præditis, aliquando accidit: nimirum febres illorum spirituosas quadam ac nimis tenui, volucrique materia, fermentationes suas citius perficiunt, ac celeri gradu spatia sua emensæ evanescent. Ad fermentationem enim illud primo requiritur, ut materia fermentiscibilis, sive illa sanguis sit, sive vinum, aut aliis liquor quilibet, ea tenacitate, et viscositate polleat, ut spiritus implexos, atque irretitos eatenus detinere valeat, ut in liquoris massa moveri atque agitari possint, eodem fere modo, quo aves visco captæ, aut muscæ atque apiculæ melle detentæ, motitare quidem, et murmura sua peragere possunt, avolare interim non valentes. Neque tamen (ut obiter illud dicam) eam tenacitatem obtinere debent liquores memorati, ut spiritus prorsus obruant opprimantque, adeo ut non omnino moveantur.

His jactis fundamentis (quæ quidem nescio an aliis, mihi certe ratione non contemnenda niti videntur) mirum non erit, si illis non aliam mendendi methodum superstruam, quam quæ in febribus continuis ad despumationis debitum opus rite perficiendum, adhibenda videatur: cum nimirum illæ à continuis nullo discrimine sejungantur, si ordinem spectes, quo natura earundem materiam expellere solet, scilicet per effervescentiam certa periodo comprehensam. Etsi quod ad earum speciem, atque naturæ proprietatem attinet, illas et à continuis, et à se invicem plurimum differre non diffitear. Itaque vel methodum, qua se natura liberare ab hoc morbo solet, caute solliciteque observando indicium sumere oportet, quo fermentationem abortam acceleremus, atque ita ad sanitatem ægros perducamus, vel in ipsam causam

momento. Esto mismo sucede tambien alguna vez á los adultos de sangre pura y rica de espíritus; pues sus fiebres, como la materia espirituosa es tenue y volátil, terminan más pronto sus fermentaciones y corren con más rapidez sus periodos. Para la fermentacion se requiere en primer lugar que la materia fermentescible, sea sangre, vino ó cualquiera otro líquido, esté dotado de tal espesor y viscosidad, que pueda mantener encadenados y como enredados los espíritus, de tal suerte que puedan agitarse y moverse en la masa del líquido, del mismo modo que las aves cogidas en liga, ó las moscas y abejas presas en la miel, pueden moverse algo y producir sus murmullos, pero no volar. Sin embargo (y para decirlo de paso), no deben estos líquidos adquirir tal espesor que se aprisionen y ahoguen en ellos los espíritus, de modo que no puedan moverse absolutamente nada.

Dadas estas nociones (que no sé si para otros, pero que para mí tienen un fundamento racional), no causará admiracion que no proponga para las fiebres intermitentes otro método curativo que el que me parece debe emplearse para que se efectúe convenientemente el oportuno trabajo de despumacion en las continuas: ninguna diferencia las separa de éstas, en efecto, si se atiende al medio de que la naturaleza se vale para expulsar la materia febril en ellas, cual es la efervescencia realizada en un periodo determinado. Por lo que toca á su especie y peculiar naturaleza, reconozco, sin embargo, que difieren en gran manera de las continuas y entre sí mismas. Así, pues, es preciso, ó investigar el mecanismo por que la naturaleza suele librarse de esta enfermedad, observándola con cuidado y esmero para acelerar la fermentacion

specificam penetrando, danda erit opera, ut remediis efficacibus ac specificis morbo obviam eatur. Ab horum alterutro indicationes sumendæ sunt. Ego utramque viam ingressus aliquando fui, atque illæsa (uti opinor) verecundia profiteri possum, non sine summa cura atque attentione animi indefessa, sed nondum eam felicitatem adeptus sum, ut autumnii febres intermittentes certa aliqua praxi atque medicandi ratione tollere posim, antequam stas illas fermentationes (de quibus supra locuti sumus) peregerint, utcumque molestum hoc febricitantibus videatur; qui eousque sanitatem suam expectare inviti coguntur. Revera autem si quis inter mortales reperiatur, qui sive methodo aliqua certa, sive remedio specifico adhibito, febrium harum intermittentium cursum non solum inhibere, sed etiam omnino abrumpere novit, existimo eum omni jure teneri, ut humano generi rem illam summo opere expetendam patefaciat; quod si non fecerit, ego illum, nec boni civis, nec prudentis viri nomen mereri pronunciaré ausim; neque enim civis boni est, illud in rem suam vertere, quod toti generi humano tan ingens beneficium apportet; nec viri prudentis, divina benedictione semetipsum privare, quam à summa bonitate liceret expectare, si ad publicum bonum promovendum se accingeret. Honoris autem ac divitiarum longe minor; apud probos ratio habetur; quam virtutis, et sapientie.

Acostumbro á tratar este mal del modo siguiente: Doy al enfermo tres veces al dia un cardiaco de los más poderosos, en dosis algo crecidas; por ejemplo, la *triacal de Andrómaco*, el *electuario de huevo*, los *polvos de la condesa*, los de *Gualtero Raleigh*, ó uno semejante en agua epidémica, triacal ú otras. Pueden tambien darse en cualquiera otra forma los medicamentos cardiacos; el enfermo, entre tanto, debe reponerse á beneficio de un régimen moderado, pero analeptico y de una bebida generosa; no saldrá de casa, y se estará en el lecho largo tiempo. Con este régimen, el vientre estará más estreñido de lo regular, por cuya razon, así como por el uso de los medicamentos cálidos, no faltará quien tema sobrevenga fiebre; pero este temor es vano, pues estando casi agotadas las fuerzas por la enfermedad anterior, no pueden encenderla de nuevo. Despues de algunas semanas se irá mejorando poco á poco, en cuya época pueden suspenderse los cardiacos por unos cuantos dias. Se observará continuamente una diæta analéptica, y despues de una breve intermision se repetirá segunda vez el uso de los cardiacos, persistiendo en él hasta el completo restablecimiento.

Este método ha curado en algunos

quæ has febres minime exceptit, quandoque sanavit, frigidiori scilicet atque infirmiori temperamento præditis. Anno nuper elapso *Sarisburyriam* accersebar, ut cum medico erudito et sagaci, mihi conjunctissimo, Domino Doctore Thomas femine nobili consulerem, cui imaginatio hand parum fuit læsa. Verum adhibitis, etiam cum jam prægnans esset, remediis modo dictis, ad sanam omnino mentem rediit.

Attamen *Mania communis*, quæ vegetis hominibus atque etiam nulla febre prægressa, accidere solet, aliæ sane præcipue est, ac proinde longe diversa, quoad evacuationes, methodo tractanda, tametsi vel in æ specie, ea, quæ cæbrum atque spiritus animales corroborant, hand omitti debent. Curationem autem ejus, etsi non sit hujus loci, obiter tamen prædictæ speciei subnectere non gravabor, ne quis forte præ similitudine morborum in errorem illabatur.

In junioribus ac sanguineo habitu præditis, mittatur sanguis ex brachio ad uncias octo vel novem bis vel ter, diebus tribus inter singulas venæ sectiones interpositis. deinde semel extrahatur sanguis ex venis jugularibus. Ultra hunc modum repetitæ venæ sectiones ægrum potius in *stultitiam* ducunt, quam curationem absolvent. Postea aggrediatur usum pilularum ex duobus, quarum drachmam semis vel scrupulos duos (pro ratione operationis) capiat semel singulis septimanis stato die, ita ut si, verbi gratia, die lunæ primo pilulas assumpserit, præcise eodem ipso die, nec frequentius, sequentibus septimanis eadem repetantur per longum tempus, usque dum perfecte convalescerit. Hac methodo humores qui in

casos áun las manías que no eran consecuencia de estas febres, en los dotados de temperamento frío y débil. El año pasado fué llamado á *Salisbury* para consultar con un médico erudito y sagaz, y muy amigo mio, el Sr. Dr. Tomás, acerca de una mujer cuya inteligencia estaba bastante trastornada. Empleados los medios dichos, á pesar de que estaba embarazada, recobró completamente la razon.

Pero la manía comun que suele presentarse en los hombres vigorosos y sin haber precedido fiebre alguna, es verdaderamente de otra índole, y por consiguiente debe tratarse de una manera muy distinta, en lo referente á las evacuaciones; aunque tampoco deban omitirse en esta especie los medios que fortifican el cerebro y los espíritus animales. Aunque no sea propio de este lugar, pláceme añadir, siquiera sea brevemente, á la curacion de la predicha especie, la de ésta, con el fin de evitar se incurra en error por la semejanza de ambas.

En los jóvenes y dotados de temperamento sanguíneo, se sangrará del brazo en cantidad de ocho á nueve onzas dos ó tres veces, dejando tres dias de intervalo entre cada sangría; despues se sangrará una vez de las venas yugulares. Las sangrías más repetidas determinan más bien la estupidez del enfermo que efectúan la curacion. Despues se usarán las píldoras de *duobus*, de que tomará el enfermo media draema ó dos escrúpulos (segun la intensidad con que obren) una vez á la semana en dia fijo; de tal modo, que si tomare las píldoras por vez primera el lunes, por ejemplo, las repetirá precisamente el mismo dia, y no más á menudo, en las siguientes semanas, y esto por largo tiempo y hasta que convalesciere perfectamen-

hoc morbo mentis arcem impetere solerent, sensim in inferiores sedes dilabentur, alia quasi via eis inducta.

Diebus à purgatione liberis per totum decursum electuario sequenti, vel alio medicamento eadem virtute prædito, utatur. *Recipe.*—*Conservæ absinthiorum, anthosæ, et theriacæ Andromachi, ana, unciam unam.*—*Conservæ florum aurantii, angelicæ conditæ, nucis moschatae conditæ, ana, unciam semis: cum s. q. syrupi cariophilatæ, fiat electuarium;* capiat ad magnitudinem nucis moschatae bis indie, superbibendo haustulum vini Canarini, cui fuerint frigide infusi flores paralyseos.

Febris *continua* atque *intermittentes* quas supra descripsimus, soli ferme erant morbi epidemici qui durante illa constitutione quæ per annos 61, 62, 63, 64 regnabat, emicuerunt: quot retro annis eum obtinuerint principatum, non habeo dicere; id certo scio, quod ab anno 64 ad annum usque 77 rarissimæ omnino Londini comparuerunt.

Dicendum mihi etiam erat de *variolis* qualesnam scilicet erant istæ quæ tum continebantur, respectu habito ad constitutionem illam; quandoquidem (ut jam subindicavi) vario admodum se habent modo pro varia constitutione qua incessunt: sed cum non satis attente per id temporis animum ad eas adjece- rim, missas jam facio: id tantum tradam illis peculiare, quod scilicet iis annis labentibus, sub initio Maji confertissime invadebant, supervenienti vero epidemiorum autumnalium cohorti (febrem volo continuam, atque intermittentes) locum dare solebant.

te; de esta manera se dará otra dirección á los humores que en esta enfermedad solian dirigirse hacia el cerebro, y se deslizarán poco á poco á las partes inferiores.

En los dias libres de purgarse usará en todo el curso del tratamiento el siguiente electuario, ú otro medicamento dotado de igual virtud. *Recipe.*—*Conserva de ajenjos romanos, de romero, y triaca de Andromaco, de cada cosa una onza.*—*Conserva de corteza de naranja, de angélica preparada y de nuez moscada preparada, de cada cosa media onza: con cantidad suficiente de jarabe de clavo, hágase electuario.* Tómese dos veces al dia una cantidad del volumen de una nuez moscada, bebiendo detrás un trago de vino de Canarias, en que se hayan infundido en frio flores de primavera.

La fiebre continua y las intermitentes que hemos descrito eran casi las únicas enfermedades epidémicas que aparecieron durante la constitucion que reinó por los años de 1661, 62, 63 y 64; no puedo decir cuántos años ántes habian predominado de igual modo: sólo sé de cierto que desde el año 1664 hasta el 77 aparecieron en Lóndres rarísima vez.

Debia tambien haber hablado de las viruelas, tal cual eran las que en esta época ocurrieron, y con relacion á aquella constitucion; pues, como ya he indicado, se comportan de distinta manera, segun la diferente constitucion en que aparecen; pero no habiéndolas estudiado detenidamente en este tiempo, las paso en silencio. Sólo anotaré la particularidad de que en el cuarto de estos años invadian principalmente á principios de Mayo, y al presentarse las enfermedades epidémicas de otoño (esto es, las fiebres continuas y las intermitentes), las cedían el lugar.

In pustularum summitate foveolæ quædam ad instar capitum acicularum minorum plerumque subsidebant; atque in discreto genere æger octavo maxime die periclitabatur, quo tempore, abrupto derepente qui hucusque dimanaverat, sive sudore, sive madore, externa exarescebant, nec revocari poterat sudor cardiacis quibuscumque; æger phrenitide atque anxietate insigni corripiebatur, cum magno dolore et ægitudine, urinam frequenter, at in parva quantitate, reddebat, ac intra paucas horas de magna spe decidens, ad plures migrabat.

SECTIO SÆCUNDA.

CAPUT PRIMUM.

Constitutio epidemica annorum 1665 et 1666
Londini.

Prægressa hyeme frigidissima, et sicco gelu in veris usque tempora indefinenter perdurante, cum ex improviso solveretur, fine scilicet Martii, ineunteque, ex anglorum computo, anno 1665, peripneumonia, pleuritides, angine, alique id genus morbi inflammatorii magnam derepente stragem edebant: quo ipso tempore caput etiam extulit febris quædam continua epidemica, à febrium continuarum genio, quæ præcedenti constitutione vigeant, longè diversa; quarum vix ullæ ea anni tempestate solebant invadere. Dolor capitis quam in priore illa intensior, et vomitiones adhuc magis immunes ad hanc febrem accedebant; in pleurisque Diarrhœa, quam prius diximus assumpto emetico præcaveri po-

En la cima de las pústulas se formaban las más veces unos hoyitos á manera de cabezas de pequeños alfileres; y en las discretas peligraba en gran manera el enfermo hácia el octavo dia, en cuya época, retirándose de repente el sudor ó mador que hasta entónces habia brotado, se presentaba un calor úrente en las partes exteriores, y no se podía atraer de nuevo el sudor con ningun cardiaco; el enfermo era acometido de delirio y gran ansiedad, orinaba á menudo con gran dolor y molestia, y en pequeña cantidad, y, perdiendo en pocas horas toda esperanza, moria.

SECCION SEGUNDA.

CAPÍTULO PRIMERO.

Constitucion epidémica de los años 1665 y 66
en Londres.

Después de un invierno sumamente frio y heladas secas que se prolongaron hasta la primavera, habiendo sobrevenido un rápido deshielo á fines de Marzo y principios del año 1665, segun el cómputo inglés, hicieron grandes estragos la pulmonía, las pleuresías, las anginas y otras enfermedades inflamatorias semejantes: en este mismo tiempo apareció una fiebre epidémica continua, de índole muy distinta de las que existian en la constitucion precedente, y de las que apenas alguna que otra solian invadir en aquella época del año. El dolor de cabeza era más intenso que en la anterior, y se presentaban náuseas aún más violentas; en la mayor parte de los enfermos la diarrea, que ántes dijimos habia podido precaverse con

tuisse, jam ab eodem provocabatur, nec tamen cessabat vomituritio. Externa hic pariter ac in febribus constitutionis præcedentis sicca reperiebantur; attamen, præmissa maxime venæ sectione, æger in sudorem solvi poterat, quo provocato leviora mox symptomata, atque hoc nullo non morbi tempore fieri potuit, cum in febre prægressa nec tuto ante diem tredecim vel quatuordecim id tentaveris, nec facile voti fueris compos: sanguis sæpe pleuriticorum, et rheumatismo laborantium sanguinem colore referebat, non verò usque adeo gelatina illa albescente, quæ illorum sanguis prætexitur. Hæc primo erant phænomena hujus morbi diagnostica. Anno vero surgente ipsa pestis irrupit magno symptomatum pathognomicorum numero stipata, carbunculis, viz, bubonibus, etc. Hæc in dies magis ac magis invalescens circiter æquinotium autumnale cuspidem attigit, quo jam instantè unius septimanæ decursu octo plus minus hominum millia delevit; tametsi duo ad minimum civium trientes ob metum contagii se in rus subduxerant; à quo tempore receptui canere cepit, et urgente brumali frigore tantum non evanuit, nisi quod sparsim unum atque alterum hinc inde feriret per omnem hyemen, et insequentis veris exordium; quo apparente et ipsa omnino est deleta, mansit tamen febris, quamvis non ita epidemica excurrente integro anno sequente, imò ad ver usque ortum anni 1667. De his nonnulla hic subnectam.

el emético; era, por el contrario, provocada por él, sin cesar por esto las náuseas. Las partes exteriores aparecían, lo mismo que en la constitucion anterior, secas; no obstante, adelantada una sangría, podia el enfermo las más veces romper en sudor; y provocado éste, los demás síntomas disminuían en intensidad, pudiendo determinarse el sudor en cualquier período de la enfermedad, mientras que en la pasada fiebre ni era prudente intentarlo ántes del día trece ó catorce, ni aun así se lograba fácilmente el objeto; la sangre tenía muchas veces el aspecto de la de los que padecen pleuresías y reumatismo, sin ser, sin embargo, tan blanca la gelatina de que se recubria la sangre como la de aquéllos. Estos eran los principales fenómenos diagnósticos de esta enfermedad. Adelantado el año, apareció la peste, acompañada de gran número de síntomas pathognómicos, de carbuncos, bubones, etc. Creciendo de día en día, llegó á su mayor intensidad hácia el equinoccio de otoño, en el cual, y en sola una semana, mató ocho mil personas, poco más ó ménos, á pesar de haberse marchado al campo, por miedo al contagio; lo ménos las dos terceras partes de los habitantes de la ciudad; en dicha época empezó á disminuir, sin que pudiera decirse que habia desaparecido al aproximarse los frios del invierno sólo, porque durante todo este y el principio de la primavera siguiente, acometió á alguno que otro, y en tal ó cual punto, extinguiéndose por completo á la entrada de la primavera, y quedando, no obstante, una fiebre que, aunque no tan epidémica, se prolongó por todo el año siguiente y hasta ya entrada la primavera del de 1667. Voy á decir algo acerca de estas dos enfermedades.

CAPUT II.

Febris pestilentialis et pestis annorum 1665, 66.

In superioribus obiter admonni è febribus nonnullas in malignarum classe vulgo reponi, cum indomita symptomatum sævitia, quæ huic opinioni patrocinari videtur, non à venenosa morbi indole, sed à therapeia perperam administrata proficiscatur. Nam cum ad morbi solutionem à natura destinatam handsatis attenditur, sed alia medendi ratio temere instituitur; hinc perturbata totius corporis æconomia, ac omnibus susque deque conversis, non modo tristissima rerum facies ultra consuetum morbi morem inducitur, verum morbus jam à seipso alius etiam anomalis accidentibus velut alienigenarum satellitio stipatur. Atqui *Febris vere maligna* non est omnium dierum morbus, utpote quæ ab aliis februm speciebus ob symptomatum anomaliam ea nomenclatura utcumque insignitis, tota sua idea ac ingenio dissideat. Revera enim cum ipsissima peste specie convenit, nec ab ea, nisi ob gradum remissionem, discrimina- tur. Quo circa utriusque affectus ortum ac curationem in eodem capite complectar.

Aeris massæ occultam ejusmodi sive crasin, sive texturam obtingere, quæ diversarum diversis temporibus ægritudinum ansa atque pararia existat nemini obscurum est; qui modo animadvertit unum eundemque morbum certa aliqua tempestate infini-

CAPÍTULO II.

Fiebre pestilencial y peste de los años 1665 y 66.

Ya ántes he indicado ligeramente que algunas fiebres son colocadas por el vulgo en la clase de las malignas, siendo así que la indomable violencia de sus síntomas, que parece autorizar esta opinión, no depende de la índole maligna de la enfermedad, sino de la inoportunidad del tratamiento seguido. En efecto; cuando no se atiende bastantemente á las naturales tendencias de la enfermedad, sino que se establece imprudentemente otro método de curación, sucede que, perturbada toda la economía del cuerpo, y trasformado todo, no sólo se determina un cuadro morboso desconsolador, diferente del aspecto acostumbrado de la enfermedad, sino que, distinta ya la enfermedad de sí misma, se acompaña tambien de accidentes anómalos, impropios de ella. Por lo demás, la fiebre verdaderamente maligna no es enfermedad de todos los dias, en cuanto que difiere completamente, por su esencia y por su naturaleza, de las demás clases de fiebres que se distinguen con tal denominacion por razon de la irregularidad de sus síntomas. Realmente conviene con la peste en su especie, sin diferenciarse de ella sino por su menor grado. Por esta razon comprenderé en un mismo capítulo el origen y curacion de ambas afecciones.

Que el aire está dotado de una crásis ó textura oculta tal, que en los diversos tiempos ocasiona y determina enfermedades diversas, puede ser dudoso para nadie, con sólo que advierta que una sola y misma enfermedad ataca con gran intensidad y se hace

tam mortalium vim corripere, ac epidemicum fieri, alias tamen unum alterumve hominem afflixisse contentum, ulterius non grassari. De variolis, ac in primis de peste, hujusce capituli argumento, res est sat superque manifesta.

At vero quæ qualisque sit illa aeris dispositio, à qua morbificus hic apparatus promanat, nos pariter ac compluria alia, circa quæ vecors ac arrogans philosophantium turba nugatur, plane ignoramus, quicquid sit, hoc saltem nomine Dei *Optimi Maximi* clementiam ac bonitatem meritissimo jure veneramus, quod aeris constitutionem sævissimam, id est, pestem malorum omnium immanissimum, ac humano generi maxime internecinum inferentes, rarius evenire voluerit, quam quæ cæteris affectibus minus exitialibus suscitandis inseruiant. Unde fit quod hunc orbem nostrum *britannicum* pestis vix frequentius quam post annorum circiter triginta vel quadraginta intervalla (summo scilicet perniciosi vigore, ac tota furiarum acie) adoriatur. Quæ per annos aliquot pestem insigniorem subsequentes, sparsim occurrunt pestiferorum funera, paulatim imminui ac evanescere solita, pestilenti aeris diathesi etiamnum ex parte perseverandi, nec dum in aliam salubriorem penitus immutatæ attribuenda sunt, quippe quæ antegressæ messis duntaxat spicilegia reputari debeant. A quibus etiam nuperæ luis reliquiis fit, ut febres quæ anno post gravio-rem pestem uno aut altero passim grassantur, pestilentes esse soleant; et licet aliquibus verè pestis notis destitutæ, tamen ejusdem naturam ac indolem quam plurimum referant, nec non consimilem medendi rationem sibi vindicent, quemadmodum inferius ostendemus.

epidémica en una estacion determinada, limitándose, no obstante, en otras ocasiones á molestar á tal ó cuál individuo, sin extenderse más. Cosa es ésta bastante conocida con relacion á las viruelas, y principalmente á la peste de que tratamos en este capítulo.

Mas cuál sea y en qué consista la disposicion del aire de que dimana este aparato morboso, lo ignoramos completamente, lo mismo que otras muchas cosas en que se ocupa la insensata y arrogante turba de los filosofastros; sea lo que quiera, ya que nó otra cosa, veneramos al ménos con este motivo, y justísimamente, la clemencia y bondad de Dios, que quiso que la más funesta de todas las constituciones del aire, qual es la que determina la peste, el más atroz y mortífero de todos los males para el género humano, ocurriera más rara vez que las que suscitan las demás enfermedades ménos fatales. Así es cómo esta nuestra nacion inglesa apenas se ve afligida por la peste (con todo su vigor y furia) por intervalos menores de treinta ó cuarenta años. Las defunciones aisladas que algunos años despues de la gran peste ocurren, y que suelen disminuir y disiparse paulatinamente, deben atribuirse á la persistencia, en parte, de la diathesis pestilente del aire, todavía no cambiada en otra más saludable y considerarse como reliquias de la anterior peste. Merced á tales restos de la pasada calamidad, las fiebres que reinan uno ó dos años despues de la gran peste suelen ser pestilenciales; y aunque destituidas de algunos de los caracteres de la verdadera peste, tienen, no obstante, en gran parte su índole y naturaleza, y reclaman un método curativo semejante, como despues demostraremos.

Verum præter istam aeris constitutionem ceu causam communiorem, accedat ut oportet, et alia procatartica, nimirum miasmatis sive seminii à pestifero aliquo corpore ve immediate ac propiore consortio, vel mediate ac per fomitem aliunde transmitti, susceptio. Hoc enim si instante qualem diximus aeris diathesin fieri contingat, ab exigua primum scintilla mox horribile erumpit incendium, ac densatis undique funeribus, universo aeri per istum terræ tractum à peste, tum laborantium halitibus, tum mortuorum cadaveribus, labes et contagium inducitur; adeo ut ad tristissimæ ægritudinis propagationem jam non amplius vel fomite, vel personali con sortio opus sit, verum quemcumque hominem vel summa cura à peste correptis semotum, ipse aer cum spiritu intro subiens per se ac suo Marte inficere valeat modo ille corpus habeat humoribus, ad affiatum excipiendum paratis, refertum.

Quamquam autem hic morbus, cum duntaxat sporadicus existit, nullo tempestatis discrimine paucos aliquot, tradito quasi per manus contagio, affligat, tamen ubi adest etiam epidemica aeris constitutio, exoritur circa eam anni partem quæ inter ver ac æstatem ambigit, utpote quæ ad producendam ægritudinem, cujus essentia in humorem flogosi sive inflammatione, ut postea ostendemus, in primis consistit, maxime idonea atque accommodata sit. Porro et sua habet incrementi ac declinationis tempora, non secus ac cætera rerum naturalium species. Nascitur eo quod diximus tempore, crescente anno adolescit, eodemque vergente colabescit, donec tandem aerem in diathesin huic morbo adversantem, glacialis bruma transmutet.

Pero además de esta constitucion del aire ó causa más general, es precisa la intervencion de otra procatártica: tal es la asimilacion de un miasma ó semilla de algun cuerpo pestífero, ya inmediatamente y por propio contacto, ya mediatemente y transmitido de otra parte por un foco. Si esto acaece, existiendo la diatesis del aire de que hemos hablado, de una, al principio pequeña chispa, resultará despues un horrible incendio; y multiplicadas las defunciones, se comunicará la corrupcion y el contagio á todo el aire del país, ya por la respiracion de los que la padecen, ya por los cadáveres de los muertos; hasta el punto de que, para la propagacion de tan horribilísima enfermedad, ya no será necesario foco ni contacto personal, sino que el aire mismo puede, por su propia virtud, inficionar á cualquier individuo, por grande que sea el cuidado con que se haya separado de los atacados de la peste, con tal que los humores sean aptos para apropiarse el referido miasma.

Aunque esta enfermedad, cuando existe sólo esporádicamente, acomete á unos cuantos sin distincion de épocas y como propagándose de uno á otro el contagio; no obstante, cuando se hace además epidémica la constitucion del aire, aparece hácia aquella parte del año que media entre la primavera y el verano, en cuanto que es la más idónea y acomodada para producir esta enfermedad, cuya esencia consiste principalmente en la fló-gosis ó inflamacion de los humores, como despues demostraremos. Además tiene tambien sus periodos de incremento y de declinacion, no de otro modo que las demás especies de seres naturales. Nace en el tiempo en que hemos dicho, crece con el año, y declinando éste se disminuye, hasta que por último el frio del invierno

Quod si tempestatum anni vicissitudines in hunc affectum nihil imperii exercerent, verum seminum pestilentiale, nulla aeris mutatione domabile de alio in alium perpetua propagationis serie transmitteretur, fieri non possit, quin ubi in frequentiore aliquam urbem semel pedem intulisset, continuata strage funera usque et usque densaret, donec tandem nemo superesset, in quem pestilentis miasmatis labes impingat. Atqui contrarium sepe evenisse animadversum est numero extingtorum, quos unica mensis *Septilis* septimana ad aliquot millia extulerat, sub *Novembris* exitum valde imminuto ac propemodum nullo. Nec tamen diffiteor fieri posse, quod et nonnulli auctores factum prodiderunt, ut pestis aliis etiam anni tempestatibus caput primum exerat; hoc autem rarius accidit, nec ejusmodi lues in populum admodum debachatur. Interea, aeris dispositionem quantumvis exitiali pesti suscitandæ per se imparem esse vehementer suspicor, quin pestilentiae morbum alicubi semper superstitem aut per locitem, aut per pestiferi alicujus appulsum, è locis infectis in alios deferri; ibidemque non nisi accedente simul idonea aeris diathesi popularem fieri. Alias enim non assequor, qui fiat, ut in eodem cæli tractu dum unum aliquod oppidum peste gravissime affligitur, aliud non longe dissitum, omnem commercii necessitudinem cum loco contagioso caute inhibendo, prorsus immune se præstiterit; quemadmodum non ante multos annos pesti per universam fere *Italiam* immaniter grassanti, *magni ducis* cura atque prudentia aditum in *Hebruce* fines penitus interclusit.

cambia el aire en una diátesis opuesta á esta enfermedad.

Si las vicisitudes de las estaciones del año no tuvieran ninguna influencia en esta enfermedad, el verdadero germen pestilencial, no destructible por ninguna alteracion del aire y transmitido incesantemente de unos á otros sujetos, no podría ménos, una vez aparecido en una ciudad populosa, de aumentar progresivamente las defunciones, hasta que no quedara un solo individuo en quien pudiera cebarse la corrupcion del miasma pestilente. Mas muchas veces ha sucedido lo contrario, segun ha podido advertirse por el número de muertos, pues que mientras en una sola semana del mes de Agosto se habia elevado á algunos miles, hácia fines de Noviembre habia disminuido considerablemente y era casi nulo. Y no niego que haya podido suceder el hecho, que algunos autores han indicado, de que la peste aparezca por primera vez en otras épocas del año; mas esto sucede muy raras veces, y entónces no se extiende tan generalmente el contagio por las poblaciones. Sospecho asimismo vehementemente que, por pestilencial que sea la disposicion del aire, es por sí sola impotente para suscitár la peste sin que la enfermedad pestilencial, siempre subsistente en alguna parte, se traslade de los lugares infectos á otros, ó por un foco, ó por el arribo de algun apestado; no adquiriendo el carácter de epidémica, á no existir al propio tiempo una diátesis idonea del aire. No comprendo de otra manera cómo pueda ser que en un mismo clima, mientras una ciudad se ve afligida por el azote de la peste, otra no distante, evitando toda relacion de comercio con el lugar contagiado, se mantenga enteramente incólume, como sucedió no há mu-

Primus insultus rigorem ac horrorem, quæmadmodum et februm intermittentium accessiones, fere perpetuum habet comitem. Mox vomitus enormis, dolor circa cordis regionem, ac si torculari premeretur, febris ardens usitata symptomatum syndrome stipata, indefinenter ægros divexant, donec aut mors ipsa, aut benigna *bubonis* vel *parotidis* eruptio, quæ materiam morbificam foras ablegat, eos ab luctuosissimo discrimine liberet. Rarius quidem accidit, ut circum ullam febris præsensio-nem ingruat, ac homines de improviso è medio tollat, *maculis purpureis*, præsentanei interitus nunciis, etiam dum in foro versantur, erumpentibus. Quæ repentina exanimatio (quod animadversione dignum) nisi in peste admodum funestæ exordio vix contingit, remittente ac refracta jam lue, aut in annis, in quibus non existit popularis, nunquam observata est. Et etiam nonnunquam, ut tumores prorumpant, nec febre, nec graviore aliquo symptomate prægresso, quamquam suspicor rigorem, et horrorem leviusculum, ac minus perceptibilem semper præcessisse. Quibus autem hoc obtinuit, iis integrum est per publicas plateas pro lubitu obambulare, ac communia vitæ munia sanorum more, spræta omni regiminis cura, obire.

Cæterum quod ad morbi essentiam spectat, eam enucleate definire in me non suscipio. Nec fortasse hominibus cordiatoribus rem minus importunam illè facere videbitur,

chos años, en que existiendo atrocemente la peste por casi toda la Italia, el cuidado y la prudencia del gran duque la impidió la entrada en los confines de la Toscana.

El primer ataque va casi siempre acompañado de frío y horripilacion, como los accesos de las fiebres intermitentes. Despues, enormes vómitos, dolor hácia la region del corazon, como si le apretasen en una prensa, fiebre ardiente acompañada del acostumbrado cuadro de síntomas, atormentan indefinidamente á los enfermos, hasta que la muerte ó una benigna erupcion de bubones ó parótidas, que echa fuera la materia morbosa, les saca de tan lamentable estado. Mas rara vez ocurre que acometa esta enfermedad sin presentarse ántes indicio alguno de fiebre y mate á los individuos de repente, en cuyo caso brotan unas manchas, signos de una muerte inmediata, áun hallándose los sujetos en la calle. Tales muertes repentinas (y esto es digno de ser advertido) sólo se han observado en el principio de la peste grave, mas nunca cuando la plaga ha disminuído ó perdido su intensidad, ni en los años en que no existe epidémicamente. Tampoco en ocasiones precede fiebre ni otro síntoma grave á la erupcion de los tumores, si bien sospecho que el frío y la horripilacion, aunque muy leves y poco perceptibles, preceden siempre. Aquellos á quienes tal sucede, pueden pasear á voluntad por las plazas públicas y desempeñar los negocios comunes de la vida del mismo modo que los sanos, sin poner cuidado alguno en el régimen.

Por lo que se refiere á la esencia de la enfermedad, no me propongo definirla de una manera clara. Ni de seguro á los hombres sensatos parecería ménos importuno el que se me

qui à me postularit, quid hanc aut illam ægritudinis speciem constituat, quam ego etiam facerem, si ab illo idem de equo, verbi gratia, inter animalia, vel de betonica inter stirpes vicissim sciscitaret. Nimirum certissimis ubique legibus, ac artificio sibi soli intellecto rerum omnium generationes natura parens exequitur; quæque uspiam è causarum gremio in actum ac quasi in lucem educit, eorum essentias, quidditates, ac differentias constitutivas, altissimis tenebris obvelat. Hinc unaquæque morborum non minus quam animalium, aut vegetabilium species, affectiones sibi proprias perpetuas, ac pariter univocas ab essentia sua promanantes, sortita est. Neque interim magnopere urgebit, ista quæstio: Qui demum morborum medela administrabitur, dum causæ ipsorum nos latent? Quandoquidem non causarum, sed methodi convenientis atque experientiae comprobatae cognitione, affectum plurimorum curatio absolvitur. Sed ut ad rem redeamus. Quoniam simularium omnium morborum ortus à qualitatum vel primarum, vel secundarum vitio (quod solum in hac rerum caligine nobis licet) deducere solemus, prope est ut credam pestem peculiarem ac sui generis febrim esse, quæ à particularum sanguinis spirituosiorum *inflammatione*, originem ducit, utpote ejus naturæ subtilissimæ, præternitate sua, maxime proportionatæ ac adæquatæ videntur. Quod si subtilitate qua potest maxima pollet (ut in principio et statu constitutionis epidemicæ videre est) subito ac quasi ex improvisso calorem nativum dissipat, et ægrum è medio tollit. Cadaveribus interim hujus morbi ferocia tam subito extincorum maculis purpureis undequaque conspersis, atque fœdatis; nempe fibris cruoris præ-

preguntase qué es lo que constituye ésta ó la otra especie de enfermedad, que lo que yo pudiera hacer, si á mi vez preguntase esto mismo del caballo, por ejemplo, entre los animales, y de la betónica entre las plantas. La naturaleza, en efecto, engendra todas las cosas con leyes absolutamente invariables, pero con un artificio sólo de ella entendido, envolviendo en densísimas tinieblas las esencias, intimidades y diferencias constitutivas de las que saca de algun modo del arcano de las causas á la realizacion exterior y como á la vista. Así es cómo cada especie de enfermedad, no ménos que las de los animales y de las plantas, tiene propiedades constantes é invariables, dimanadas de su esencia peculiar. Y sin que por esto nos embarace gran cosa esta pregunta: ¿Cómo han de poder curarse las enfermedades, siéndonos desconocida su causa? La curacion de un gran número de enfermedades se logra, en efecto, no por el conocimiento de las causas, sino por el del método curativo conveniente y comprobado por la experiencia. Pero volvamos á nuestro objeto. Pues que el origen de todas las enfermedades similares se suele atribuir á un vicio de las cualidades primeras ó segundas (única cosa que nos es dado alcanzar en tan oscuro asunto), estoy muy inclinado á creer que la peste es una fiebre peculiar y *sui generis* debida á la inflamacion de las partículas más espirituosas de la sangre, que por razon de su tenuidad, parecen ser muy proporcionadas y adecuadas á la naturaleza sutilísima de tal afeccion. Por esto es por lo que, cuando tiene toda la energía de que es susceptible (como parece suceder en el principio y estado de la constitucion epidémica), apaga de repente y como de improviso el calor nativo, y mata al en-

intestini conflictus violentia dissiliens, et compage ipsius prorsus dissoluta. Atque hæc tragædia præ hujus quasi flammæ subtilitate eximia, etiam sine aliqua sanguinis febrili ebullitione, vel alterius ægritudinis præsentione, cietur. Secus quam ut plurimum accidit, ubi causa morbifica minus subtilis existit, et quasi obtusiori telo vitam impetit. Discriminis modus pinguiori exemplo sic adumbretur. Si acus vel quid aliud cuspidate graciliori præditum pulviniari, supponatur, ac vi adigatur, illud, æque ac obtusiore instrumento similiter adacto, in sublime non attollitur; sed perforatur. Verum ejusmodi subitanea extinctio rarius occurrit nec nisi (ut supra innuimus) circa initium pestis, vel incrementum. Etenim, ut in aliis febribus, plerumque rigor atque horror primum invadit, quem calor mox excipit, et tantisper excurrit, donec particule cruoris inflammatae provido naturæ ductu ad emunctoria amendantur ac ibidem ad instar phlegmonum communium in pus vertantur. Jam si inflammatio adhuc remissior existat, febres, quas pestilentes vulgo appellant, producere solet; ut in fine pestilentis constitutionis sæpenumero accidit, ac forsitan etiam uno alterove post anno, donec ista febrium species prorsus dispareat.

Certe, me judice, in inflammatione ista, quam latini *ignem sacrum* ap-

fermo. Los cadáveres de los muertos tan repentinamente durante la mayor intensidad de esta enfermedad, se hallan salpicados y cubiertos por todas partes de manchas purpúreas, por haberse desunido las fibras de la sangre y disuelto enteramente su trabazon á consecuencia de la intensidad de su agitacion. Semejante desorden es producido por la excesiva sutilidad de esta especie de llama, áun sin suscitar previamente ninguna ebullicion febril de la sangre ni otra molestia alguna, bien al contrario de lo que sucede en la mayor parte de los casos, quando la causa morbífica es ménos sutil y ataca á la vida con ménos intensidad. El modo de la diferencia se aclarará con un ejemplo sensible. Quando una aguja ó cualquiera otro objeto, provisto de una punta sutil, se fija y clava con fuerza en una almohadilla, esta no se aplasta de igual manera que quando se clava semejantemente un instrumento más obtuso, sino que se perfora. Pero la muerte repentina ocurre muy rara vez, á no ser, como ya hemos dicho, en el principio ó incremento de la peste. Como en las otras fiebres, en la mayoría de los casos se presentan primero el frio y la horripilacion, á los que, luego sigue el calor, que dura hasta que las partículas inflamadas de la sangre son llevadas á los emunctorios por el previsor impulso de la naturaleza, y allí, al modo de los flemones comunes, son convertidas en pus. Si la inflamacion es todavía ménos violenta, suele producir fiebres que el vulgo llama pestilentes, como sucede muchas veces hácia el fin de la constitucion pestilencial, y acaso uno ó dos años despues, hasta que esta especie de fiebres desaparece enteramente.

En mi juicio, puede verse sin duda alguna en la inflamacion que los la-

pellant, quamdam pestis imaginem non obscuram intueri licet. Est enim morbus hic apud saniores medicos febris continua à sanguinis parte tenuiori corrupta ac inflammata originem ducens, qua ut natura se liberet, eam in corporis aliquam partem externam expellit, in qua tumor, aut potius (cum tumor adeo notabilis sæpe non appareat) macula rubra, lata, dispersa, quam *rosam* appellant, oritur. Solvitur autem ista febris, postquam uno atque altero die ægrum afflxit, critice per hunc tumorem, et proinde aliquando in glandulis sub alis, vel in inguinibus dolor, ut etiam in peste fieri consuevit. Et fere invadit hoc malum ut pestilentia, cum horrore et insequenti calore febrili, ita ut qui ipsum ante non sunt passi, existiment huc pestifera se corripit, donec tandem in crure, aut alio loco sese affectus prodatur. Quibus accedit, quod et maligni aliquid huic morbo inesse nonnulli auctores suspicantur; ac proinde curationem in sudoriferorum atque alexipharmacorum usu constituunt. Hæc quidem flamma, ubi ebullitionem commoverit, cujus ope particulæ sanguinis leviuscule ustulatæ ac quasi syderatæ brevi spatio foras ablegantur, sponte sua, nec ulteriorem noxam molita, extinguitur.

Verumtamen ignis noster isto *sacro* longe *divinior* est, ut qui summa qua pollet substantiæ tenuitate intimiores corporis recessus ad instar fulgetri permeare aptus natus sit spiritibus cruoris derepente profligatis, ipsiusque compage nonnunquam citius dissoluta, quam natura præcipiti malo opressa, ebullitionem febrilem (solemnem nempe machinam qua

tinios llaman *fuego sagrado* (la erisipela), cierta imágen no oscura de la peste. Es esta enfermedad, en concepto de los mejores médicos, una fiebre continua, que debe su origen á la corrupcion ó inflamacion de la parte más ténue de la sangre, para librarse de la cual la naturaleza la expelle á alguna parte exterior del cuerpo en forma de tumor, ó más bien (pues no siendo el tumor bastante notable no se percibe muchas veces) de unas manchas rojas, anchas y diseminadas que llaman *rosa*. Despues de haber atormentado al enfermo uno ó dos dias, se termina esta fiebre por dicho tumor; y esta es la razon de que algunas veces aparezca, como en la peste, un dolor debajo de las axilas ó en las ingles. Invade este mal casi del mismo modo que la peste, con horripilacion y el consiguiente calor febril; así que, los que ántes no la han padecido, piensan estar atacados de la peste, hasta que al fin se manifiesta la enfermedad en una pierna ó en otro sitio. Añádase á esto el que algunos autores sospechan que hay algo de maligno en esta enfermedad, fundando por consiguiente, la curacion en el uso de los sudoríficos y alexifarmacos. Esta llama, luégo que determina la ebullicion, á beneficio de la cual son expulsadas en breve tiempo las partículas como quemadas y gangrenadas de la sangre, se extingue espontáneamente y sin ulteriores consecuencias.

Pero nuestro fuego es mucho más activo que este sagrado, pues que, merced á su sutileza, puede penetrar con la velocidad del rayo en los puntos más recónditos del cuerpo, aniquilar los espíritus de la sangre, y disolver su trabazon misma, aún ántes, en ocasiones, de que la naturaleza, sobrecogida por el repentino mal, pueda suscitar la ebullicion febril.

quidquid sanguini infestum est, suis è finibus amoveresatagit) concitare valeat.

Quod si quis mihi hic litem parét de eo quod hunc morbum ab inflammatione oriri existimem, is attendat non modo febris præsentiam, sed et complura alia huic sententiæ suffragari, nempe sanguinis detracti colorem, qui pleuriticorum ac rheumatismo laborantium sanguinem plane æmulatur; adustam anthracum faciam; pirofici actualis impressioni non absimilem; nec non bubones ipsos, qui inflammationem æque solemniter excipiunt, ac eadem alii cum juscumque generis tumores consequi solent, uti, et inflammationes pleræque omnes in abscessum terminantur. Quia et anni tempestas qua epidemica pestis ut plurimum exoritur, ad hanc rem symbolum suum conferre videtur. Eodem enim tempore, nimirum quod inter vernum æstivumque medium est, pleuritides, angina, aliæque inflammati sanguinis affectiones populariter ingruere consueverunt: quemadmodum etiam nunquam frequentiores mihi visæ sunt, quam per aliquot septimanas, quæ nuperæ pestis londinensis exortum antecesserunt. Nec vero nullius est momenti illum ipsum annum tot millium strage funestum, alioquin mitissimum ac saluberrimum extitisse; omnesque qui à peste immunes perstiterunt nunquam meliori valetudine usos fuisse; quin et eos qui ab eadem convaluissent, cachexia aliisque affectibus à residua priorum morborum labe provenire solitis, non magis obnoxios deinceps vixisse. Quibus accedit, quod et quantæcunque latitudinis, apostemata et carbunculi, postquam inflammatæ particulæ una cum sanie decessissent, chirurgicis auxiliis, iisque, non admodum

medio de que se vale ordinariamente para expulsar de sus dominios qualquiera cosa perjudicial á la sangre.

Si alguno rechaza mi parecer de que esta enfermedad es nacida de la inflamacion, atienda, no sólo á la presencia de la fiebre, sino á otras muchas cosas que favorecen este modo de ver, qual es el color de la sangre sacada, bien claramente parecida á la de los pleuríticos y de los que padecen reumatismo; el aspecto tostado de los antraces, no muy diferente de impresion producida por el cauterio actual, y aún á los bubones mismos que siguen generalmente á esta inflamacion, como suelen seguir á otras otros tumores diversos, puesto que la mayoría de las inflamaciones termina en absceso. La estacion del año en que por lo general aparece la peste epidémicamente, parece concurrir tambien á demostrar esto mismo. Ataca, en efecto, en la misma época, en el intermedio de la primavera y el estío, en que las pleuresias, anginas y otras afecciones debidas á la inflamacion de la sangre, acostumbra á andar epidémicamente; y esto hasta el punto de que nunca me han parecido ser más frecuentes tales enfermedades que algunas semanas ántes de aparecer la peste pasada de Londres. No deja de ser digno de notarse que aquel mismo año, funesto por la muerte de tantos millares de personas, fué por otra parte benignísimo y muy saludable; que todos los que se libraron de la peste gozaron mejor salud que nunca, y que en todos los que de ella convalecieron desaparecieron para siempre las caquexias y demás afecciones que suelen quedar á consecuencia de las anteriores enfermedades. A esto hay que añadir que los apostemas y carbuncos, qualquiera fuera su magnitud, despues de arro-

conquisitis, facile sanata fuerint.

Verum perquirat hic fortasse aliquis, si pestis inflammatione quadam consistat, qui fiat ut medicamenta calidioris census, qualia sunt *alexipharmaca* prope omnia, tam ad hujus affectus therapeiam, quam prophylaxim tanto cum fructu usurpentur. Cui respondeo illa dumtaxat per accidens auxilium præstare, nempe diaphoreseos quam suscitant, beneficio, quo particulæ sanguinis inflammatæ diffantur, atque exterminantur. Quod si forte exhibita sudores commovere non valeant, (ut persæpe accidit) mox sanguinis incendium ab additio calore magis efferatum, eorum noxam palam proclamat. Prophylaxim ut verbo attingam, non sum nescius etiam ad illam *antidotarium* calidorum usum passim deprædicari, at quo emolumento adhuc probandum restat. Imo vinum liberius ingurgitatum, aliquaque fortiora præservativa statis horis dietim assumpta, complures, qui alias salvi intactique verisimiliter permansissent, in hunc affectum conjecerunt.

Quod ad harum febrium therapeiam attinet, erunt fortasse, qui temeritatis atque arrogantis eo nomine insimulabunt, quod ab urbe dum nupera pestis grassaretur, maximam partem complurium miliarium intervallo semotus, adeoque observationum copia minus instructus, de hac re tamen disserere sustineam. Verum cum medicis illis longe peritioribus, quibus per totam calamitosæ luis decursum inter media pericula et mille mortis imagines commorandi animus

jadas las partículas inflamadas juntamente con la sanies, curaron fácilmente con los auxilios quirúrgicos y no muy esmerados.

Mas en este punto objetará tal vez alguno, que si la peste consistiere en una especie de inflamacion, cómo es que se emplean con tanto éxito, así en su curacion como en su profilaxis los medicamentos tenidos por más calientes, cuales son casi todos los alexifarmacos. A lo que respondo que los tales prueban bien sólo de una manera accidental, suscitando la diaforesis á beneficio de la que se desembaraza la sangre de las partículas inflamadas. Por esta razon, quando habiéndoselos administrado no logran determinar el sudor (como en muchísimas ocasiones sucede) bien pronto la mayor agitacion de la sangre por el calor añadido, demuestra claramente su perniciosa influencia. En cuanto á la profilaxis, para decirlo en pocas palabras, no ignoro que se ha proclamado el uso de los antidotos calidos, cuya benéfica accion falta todavía sin embargo probar. Muchos, por el contrario, que probablemente hubieran permanecido libres en otro caso, enfermaron despues de haber tomado vino en gran cantidad y otros medios preventivos, á horas determinadas y segun ciertas reglas dietéticas.

Por lo que hace á la terapéutica de estas fiebres, habrá quizás quienes me acusen de temerario y arrogante porque, habiendo estado á muchas millas de Lóndres, la mayor parte del tiempo en que existió la peste en esta ciudad, y no contando, por consiguiente, con gran número de observaciones, me resuelvo, no obstante, á discurrir acerca de este asunto. Mas como á aquellos peritísimos médicos á quienes no faltó ánimo y confianza para permanecer todo el tiem-

ac fiducia non defuisset, tamen ea, quæ crebriori usu de hujusce morbi ingenio anotassent, in lucem edendi voluntas hæcenus defuit, mitiorem, uti spero, de consilio meo sententiam laturi sunt omnes boni, quod meam de truculentissimo affectu sententiam, paucis quidem, sed propriis observationibus superstructam, in medium expromam.

Ac primus quidem locus *indicacionibus curativis* debetur, quæ eo in universum dirigendæ sunt, aut ut naturæ ductum in exterminando morbo accurate sequentes eidem subsidiariam porrigamus manum, aut ut methodo, qua natura in intestino hoc hoste debellando uti solet, minime fidentes, diversam ac tutiorem ex nostro penu atque artificio vice illius substituamus. Nisi forte hic aliquis regerat rem etiam satis feliciter, per pestifuga alexiteria geri posse, quorum ingentem apud practicos copiam reperire est. Verum enim vero an non auxilium quod præstent hujusmodi medicamenta, potius manifestæ ipsorum facultati, qua sudores affatim proliciendo simul materiæ morbificæ exitum aperiant, quam occultæ cuidam indoli qua à natura ad pestilentis malignitatis labem delendam donata fuerint, referri debeat; magnam atque ancipitem habet disceptationem. Nec de hisce tantummodo, sed et de aliorum morborum alexiteriis dubitare fas est, utrum evacuationem aliquam sollicitando, potius quam virtute quadam specifica ægrotantibus non succurrant. Qui enim, verbi gratia, in *lue venerea* (vel *mercurium* vel *sarsaparillam*) veneni in isto morbo reperti alexipharmaca objiciat, adducenda sunt ei curationum exempla, in quibus ille sine sputo aut secessu, hæc vero sine

po de esa calamitosa plaga, en medio de mil peligros y á vista de mil espectáculos de muerte, les faltó; no obstante, hasta ahora voluntad para publicar lo que en su repetida práctica hubieran notado acerca del genio de esta enfermedad, espero juzgarán todos los buenos más benignamente mi determinacion de exponer mi juicio acerca de esta atrocísima afeccion, fundado en pocas pero propias observaciones.

Débase el primer lugar á las indicaciones curativas, que consisten en dirigir la curacion en todos los casos de modo que siguiendo exactamente el camino de la naturaleza para la exterminacion de la enfermedad, la prestemos nuestro auxilio, ó de manera que, no confiando en el método que suele emplear ella para la destruccion de este enemigo interior, le sustituyamos otro diferente y más seguro de nuestra invencion y artificio. Tal vez alguno pretenderá que puede conseguirse el objeto bastante cumplidamente por medio de los alexifarmacos pestífugos de que se halla un gran número en los autores prácticos. Hay, empero, grandes motivos para sospechar si el auxilio que prestan los medicamentos de esta clase no debe referirse más bien á su conocida facultad de provocar copiosamente el sudor, abriendo al mismo tiempo salida á la materia morbosa, que á cierta cualidad oculta de que hayan podido ser dotados por la naturaleza para destruir el vírus de la malignidad pestilente; y no sólo de éstos, sino de los alexifarmacos de otras enfermedades es tambien licito dudar si alivian á los enfermos determinando alguna evacuacion, más bien que por una virtud específica. El que en la sífilis, por ejemplo, presente el mercurio ó la zarzaparrilla como alexifarmacos del vírus hallado en esta en-

sudoris suscitacione sanitatem aliquando restituerit, quod ego quidem credo ei admodum difficile futurum. Mihi autem verisimile est, peculiare pestis remedium, propriumque ipsius perniciæ alexiterium adhuc in naturæ sinu absconditum delitescere, nec eandem nisi ratione quadam mechanica tolli posse.

Quocirca ut intentionem illam priorem paulo plenius expendamus, quæ eo spectat, ut naturæ in materiæ morbificæ exterminatione suo more et modo auxilium suppeditetur, advertendum venit quod in vera peste natura, dum neque sponte sua aberrat, neque vi aliqua transversim agitur, per abscessum aliquem in emunctoriis erumpentem, undè materiæ exitus patescit, negotium suum exequitur. Atqui in febre, quam pestilentem nuncupamus, mediante diaphoresi per universam corporis superficiem idem efficitur. Undè colligere est, pro diversa, quam natura in utroque morbo præmonstrat, via ac ordine etiam diversam medendi rationem institui debere. Nimirum si quis materiam veræ pestis, ope sudoris amoliri satagat, is diversa à natura via insisit, utpote quæ id per apostemata molitur. Contra vero qui alias quam per sudores febris pestilentis, materiam eliminare tentat, is cursum instituit cum naturæ ductu ac inclinatione nequaquam convenientem. Cæterum in peste vera, quoniam idoneo ac certo remedium genere naturalis morbificæ materiæ ejectio, id est, apostematum eruptio promoveri possit, nondum constat, nisi quis forte victum corroborantem atque cardiaca ad illud conferre posse existimet; quæ tamen multum dubitarem, ne ægrum jam jam plus æquo

fermedad, debe aducir ejemplos de curaciones en que aquél, sin salivacion y cámaras, y ésta sin suscitar sudores, hayan restituido alguna vez la salud, lo que creo le habia de ser muy difícil. Por lo que á mí toca, creo que el remedio específico de la peste y alexifarmaco adecuado de su malignidad está todavía escondido en los arcanos de la naturaleza, y que aquella no puede ser curada sino mediante algun artificio racional.

Así, pues, para dilucidar algo detenidamente la primera intencion, que consiste en auxiliar á la naturaleza en la exterminacion de la materia morbífica segun sus tendencias y método, debe advertirse que en la verdadera peste la naturaleza, siempre que, ni espontáneamente se extravía, ni artificialmente se le obliga á obrar inconvenientemente, efectúa su encargo, mediante el brote de algun absceso en los emunctorios, abriendo así salida á la materia morbosa. En la fiebre que llamamos pestilente hace esto mismo mediante un sudor general. De aquí puede colegirse que, segun el diverso camino y órden que en una y otra enfermedad demuestra la naturaleza, debe tambien establecerse un diverso método curativo. Así, si alguno procurase evacuar, por medio del sudor, la materia de la verdadera peste, seguiria distinto camino del de la naturaleza, puesto que ésta lo intenta por medio de apostemas. Por el contrario: el que tratare de eliminar la materia de la fiebre pestilencial de otra manera que por sudores, estableceria un procedimiento incompatible con la direccion y tendencias de la naturaleza. Por lo demás, en la verdadera peste todavía no es conocido un medicamento seguro y adecuado con que poder ayudar la expulsion natural de la causa morbífica; esto es, la erup-

calescentem, in majorem æstum concipiant. Certe sudores in hoc casu frustra esse compertissimum habeo; quanquam haud inficior post magnos sudores ad trium quatuorve horarum spatium productos, ac deinde abruptos, tumorem se in conspectum dare, quem ego à sudore proficisci minime arbitror; utpote quo vigente, nullum appareat eruptionis indicium, finito quidem, veluti per accidens, consequatur, nimirum cum jam aliquam sarcinæ partem, quæ naturam plus satis gravabat, sudores abstulerint, ac corpus à cardiacis ad diaphoresim suscitandam propinatis vehementius incalcescat. Verum quam fallax et infida sit hæc peccantis materiæ per apostemata à sudoribus foras evocatæ exterminatio, testor funestos eorum exitus qui hoc modo tractati fuerunt, è quibus vix tertius quisque (ut modestissime dicam) medicationis ac morbi periculum evasit. Et contra vero multi, quibus laudabili ritu tumores eruperunt, etiam dum negotiis suis intenti versarentur nec ullius sive naturalis, sive vitalis, sive denique animalis facultatis læsione percepta, sanitatem brevi recuperant; nisi qui malo suo fato in medicastro aliquem incidentes, ejusque monitu, quantumvis corpore pariter ac animò optime valentes, ad sudandum in cubilitis compositi, ab eo ipso tempore deterius se habere inceperint; ac demum ingravescente ægritudine, inauspicati consilii noxam suo interitu comprobant. Verum lubricam atque alææ plenam in se esse hujusce morbi per tumores judicationem ex eo manifestum est, quod interdum *bubo* qui primum laudabiliter ac cum symptomatum remissione protuberavit, postea ex improviso dispareat, ejusque loco *maculæ purpureæ*, certissimi mortis indices, succedant, cujus retrocessio-

cion de apostemas, á ménos que alguno crea que un régimen corroborante y los cardiacos pueden servir para ello, con los cuales temo mucho, no obstante, que el enfermo, ya demasiado excitado, adquiera mayor calor. Tengo bien averiguado, en efecto, que los sudores en este caso son inútiles, aunque no niego que tras grandes sudores, prolongados por espacio de tres ó cuatro horas é interrumpidos despues, suele aparecer el tumor, cuya presentacion, sin embargo, no creo debida al sudor, puesto que miéntras existe éste no aparece indicio alguno de erupcion, y si luégo de terminado se manifiesta, es como accidentalmente, cuando ya los sudores han expulsado alguna parte de la materia de que estaba sobrecargada la naturaleza y el cuerpo se halla muy calentado por los cardiacos empleados para suscitar la diaforesis. Pero cuán falaz é infiel sea el método de evacuar la materia morbífica, determinando los apostemas por medio de los sudores, lo demuestran las funestas terminaciones de los que fueron tratados de este modo, de los cuales apenas la tercera parte (y me quedo muy corto) escapó al peligro de la enfermedad y de la medicacion. Por el contrario: muchos de los en que brotaron los tumores de una manera laudable, áun miéntras se hallaban ocupados en sus negocios, y sin lesion perceptible de ninguna facultad natural, vital ó animal, recuperaron en breve la salud, fuera de aquellos que por su desgracia cayeron en manos de algun medicastro, y por consejo de éste, y á pesar de hallarse bien, tanto de cuerpo como de espíritu, se metieron en la cama para sudar, empezando á empeorar desde aquel mismo momento, y agravándose al fin la enfermedad, comprobaron con su

nis causa magnis illis sudoribus ad eruptionem promovendam destinatis, jure tribuenda videtur, ut qui bonam materiæ partem, quæ tumoris molem infercire ac sustentare debuerat, alio versum per ambitum corporis distrahendo ac dissipando leves in auras difflexerint. Ut ut sit, hoc saltem planissime constat, cæteris effectibus, à Dei optimi maximi benignitate, certam amoliendæ causæ morbificæ rationem, huic autem, enormium delictorum flagello, non nisi lubricam admodum et versatilem adjunctam esse. Atque hinc fortasse non minus comode, quam à *malignitate*, ut loqui amant, eximiæ perniciæ causa atque origo peti possit. Nam et in *arthritide* aliisque morbis, qui exiguam habent malignitatis suspicionem, materiæ morbificæ recursus non minori certitudine fatum accersit. Ex quibus omnibus manifeste consequitur, medicum, qui in aliorum morborum medicatione, naturæ ductum ac propensionem pressim ac passibus æquis sequi tenetur, his ejusdem auspiciis renunciare debere. Cujus effati veritatem, quia paucissimi hactenus perspexerunt, hinc numerus eorum, quos tumulo pestis intulit, aut paulo auctior evasit.

Quare cum minime securum sit

fallecimiento lo perjudicial de su imprudente determinacion. Por otra parte, la crisis de esta enfermedad por tumores es en sí misma arriesgada y está llena de peligros, como lo demuestra el que en ocasiones el búbón, que apareció primero laudablemente y con remision de los síntomas, desaparece después de improviso, presentándose en su lugar manchas purpúreas, indicadoras de una muerte ciertísima; retrocesion que parece poder atribuirse con justicia á aquellos grandes sudores destinados á promover la erupcion, pues que disipando y dirigiendo una buena parte de la materia que debia formar y sostener el volúmen del tumor á la superficie externa del cuerpo, la eliminan en forma de ténues vapores. Sea como quiera, lo indudable es que, miéntras la divina misericordia ha concedido medios seguros para expulsar la materia morbífica en las demás enfermedades, en ésta, castigo de los grandes pecados, no los suministra sino muy peligrosos é inciertos. Y así, acaso, no ménos cómodamente que por la malignidad, explicacion favorita, puede determinarse la causa y el origen de su grandísimo estrago. En la gota, en efecto, y en otras enfermedades que son poco sospechosas de malignidad, el retroceso de la materia morbosa no determina la muerte con menor certeza. De todo lo cual se deduce claramente que el médico, que en la curacion de otras enfermedades está obligado á seguir estrictamente la marcha y tendencia de la naturaleza, en esta debe renunciar á seguir sus huellas. A haberse desconocido la verdad de esta proposicion es debido el gran número de defunciones que ocasionó la peste y el de los casos en que se hizo más grave.

Ahora bien: no siendo seguro se-

in exterminando hoc morbo naturæ vestigiis insistere, proximo loco discipienda venit, qua demum arte secundæ quam diximus intentioni satisfiat, nempe aliam atque à naturali diversam, hujusce morbi solutionem aggrediendi. Hoc autem dupliciter omnino fieri posse existimo; scilicet vel per sanguinis missionem, vel per sudores. Priorem quod attinet, non sum nescius, sacram apud plerosque audire in hoc morbo venæ sectionem. Verum vulgi præjudicia parum moratus, rationum in hac quæstione momenta qua par est æquitate atque candore, paulisper expendam. Ac primum quidem medicorum, qui grassante nupera lue in urbe perstiterunt, fidem appello. Nunquis eorum, phlebotomiam larga manu ac repetitis vicibus, necnon tumore nullo adhuc protuberante celebratam, peste laborantibus funestam esse animadvertit? Parcā quidem, vel tumorem jam conspicuo, sanguinis detractionem semper damnosam esse, neutiquam mirandum est; siquidem eum mediocris tantum quantitas cruoris admittitur hinc naturæ, quæ tumori protrudendo totas intendit vires, rei administratio è manibus eripitur, nec interea alia satis efficax materiam morbificam evacuandi, ratio substituitur. Apparente autem jam tumore, celebrata venæ sectio, cum à peripheria ad centrum trahat, motu naturæ, qui fit à centro ad circumferentiam, inducit motum plane adversantem. Nihilominus vix quicquam frequentius factitatum videas, quam phlebotomiæ perverso hoc ritu administratæ, noxam, ac contrariæ patronis universim ac in genere adversus sanguis in hoc morbo detractionem validissimi argumenti loco torqueri; uti in *Diemerbroechio* aliisque observationum scriptoribus passim videre est. Quod ad me attinet,

guir las huellas de la naturaleza en el tratamiento de esta enfermedad, es necesario dilucidar la manera de que se ha de satisfacer la segunda intencion que dejamos anotada, cual es procurar otra solucion á esta enfermedad, diversa de la natural. Creo que esto puede hacerse solamente de dos maneras; á saber, ó por la sangría, ó por los sudores. Por lo que hace á la primera, no ignoro que la sangría es tenida por muchos como un sacrilegio en esta enfermedad. Pero como doy poca importancia á las preocupaciones del vulgo, examinaré brevemente, con toda la imparcialidad y buena fé posible, el valor de las razones en esta cuestion. Y en primer lugar, apelo al testimonio de los médicos que permanecieron en Londres durante la pasada epidemia. ¿Advirtió alguno que la sangría abundante y repetida, hecha ántes de la erupcion de ningun tumor, fuese funesta á los apestados? Que en pequeña cantidad, ó apuntado ya algun tumor, fuese perjudicial siempre la emision de sangre, no tiene nada de extraño, pues que cuando se saca sólo una mediana cantidad de sangre se detiene la accion de la naturaleza, que emplea todas sus fuerzas en hacer brotar el tumor, y no se sustituye con ningun otro medio bastante eficaz para evacuar la materia morbífica. Asimismo, cuando iniciado ya el tumor se hace la sangría, como esta obra de la periferia al centro, induce un movimiento claramente opuesto al de la naturaleza, que se hace del centro á la circunferencia. Y sin embargo, nada más frecuente que el ver presentado el perjuicio que ocasiona la sangría hecha de esta mala manera, como argumento incontestable contra su empleo por los defensores de la opinion

equidem eorum ratiocinationi assentire non possum, donec intellexero, quid quæstioni superius præpositæ respondeant. Sane venæ sectionem in peste convenire, complures, iique gravissimi scriptores jam pridem senserunt, quorum præcipui sunt *Ludovicus Mercatus, Joannes Costæus, Nicolaus Massa, Ludovicus Septalius, Trincavelius, Forestus, Mercurialis, Altomarus, Paschalius, Andernachus, Pereda, Zacutus Lusitanus, Fonseca*, aliique. Verum qui totum curationis negotium in copia, qualem nos postulamus, sanguinis detractio collocaverit, unus, quod sciam, repertus est *Leonardus Botallus*, medicus superioris sæculi celeberrimus, quem, ne solus in hac palæstra versari videar, lector accipiet suis ipsius verbis de hac re disserentem. *Ego* (inquit) *ut uno verbo dicam, nullam pestem esse puto, cui hæc non possit esse salutaris supra omnia remedia, modo oportune et quantitate convenienti usurpata sit, propterea quod aut tardius aut parcius quam opus esset, aut quod utroque modo circa eam usurpandam peccatum sit.* Et paulo post hæc subjungit. *At in tanta timiditate et parca detractioe, qui fieri potest, ut quis recte possit judicare quantum ea in pestilenti morbo prodesse valeat, aut obesse? Non enim morbus pro cuius curatione requirebatur detractio librarum quatuor sanguinis, in quo una tantum detrahitur, si hominem interficiat, ideo interficit, quia sanguis est missus, sed quia non justo modo missus est, nec forte etiam opportunè. Verum nebulones nequissimi et ignarissimi in id semper culpam convertere satagunt, non quod nocuit, sed quod per fas et nefas à cunctis vituperari exoptant. Aut si id nequitia non faciant, ignorantia*

contraria, como puede verse en *Diemerbroeck* y otros escritores de observaciones. Por lo que á mí toca, no puedo asentir á su argumento miéntras no vea que responden á la pregunta formulada más arriba. Ciertamente que muchos y reputadísimos escritores comprendieron ya hace tiempo que la sangría conviene en la peste, entre los que son los principales, *Luis Mercado, Juan Costa, Nicolás, Massa, Luis Septalio, Trincavelio, Foresto, Mercurial, Altomaro, Paschalió, Andernach, Pereda, Zacuto Lusitano, Fonseca* y otros. Mas sólo uno, que yo sepa, ha hecho consistir todo el tratamiento en la emision copiosa de sangre, cual nosotros la exigimos; *Leonardo Botál*, médico muy célebre del pasado siglo, del que, para que se vea que no soy el único que piensa de este modo, presentaré al lector sus mismas palabras, hablando de este asunto. «*Pienso, en fin, dice, que no hay peste alguna á la que no pueda convenir ésta más que ningún otro remedio, con tal que se emplee oportunamente y en la necesaria cantidad, puesto que se ha pecado empleándole más tarde ó en menor cantidad de lo conveniente, ó con entrambos defectos.*» Y poco despues añade: «*Y con tanta timidez y parvidad, ¿cómo ha de poderse formar un juicio acertado de lo que la sangría puede aprovechar ó perjudicar en la peste? En efecto: si una enfermedad para cuya curacion se requiere la emision de quatro libras de sangre, y en que se saca una solamente, mata al individuo, lo hace, no por haberse sacado sangre, sino porque no se sacó en la cantidad debida, ni acaso tampoco con oportunidad. Pero los charlatanes perversos é ignorantes procuran siempre hacer recaer la culpa, no en aquello que perjudicó, sino en aquello que por uno ú otro*

tamen pravæ dispositionis efficiunt, utraque certe perniciosa, sed illa magis. Quæ omnia experientia confirmaturus, paulo inferius sic pergit: His observatis nemo rationis capax jure in his morbis vituperare missionem sanguinis potest, sed mirifice et tamquam divinum auxilium commendare, extollere, et confidenter usurpare, quod ipse profecto ab annis quindecim facio. Ideo in morbis pestilentibus, in obsidione Rupellarum et montibus Hannonicæ ab hinc quadriennium, et Parisiis toto hoc bienio, et Cameraci anno proximo acto, in omnibus meis ægrotis (qui innumeri fuerunt) nullum presentius ac salutaris reperi ipsa larga et tempestiva sanguinis missione.

Deinde ad curationem exempla descendit, quæ brevitati studens, hæc transferrè supersedeo. Libet tamen rei in hæc nostra Britannia ante aliquot annos gestæ historiam oppido raram ac à proposito nostro non alienam, hic loci opponere.

Cum inter cæteras belli civilis calamitates, quæ hanc patriam nostram miserrime affligerunt, pestis etiam multis in locis grassaretur, ac forte in castrum *Dunstar*, quod in provincia *Sommercetocensi* situm est, aliunde invecta, aliquot præsidariis cum macularum efflorescentia derepente exanimatis, complures etiam alios corripuisset, chirurgus quidam qui à longa in regionibus exteris peregrinatione redux tunc temporis stipendia inter alios faciebat à præsidii præfecto enixe rogat, ut sibi liceret commilitonibus suis truculento morbo

motivo tienen interés en que sea despreciado por todos. Y si esto no lo hacen por malicia, lo hacen por ignorancia de mala clase; cosas ambas ciertamente perniciosas, pero más aquélla.» Para confirmar todo lo cual con la experiencia, continúa así un poco más abajo: «*Observado esto, ningún médico razonable puede con justicia rechazar las emisiones sanguíneas en estas enfermedades, sino recomendarlas y ensalzarlas como maravillosas y como un auxilio divino, y emplearlas con confianza, según vengo haciéndolo yo desde hace quince años. En las enfermedades pestilenciales que se presentaron en el sitio de la Rochela y en los montes de Hanonia hace cuatro años, y todo este bienio en París, y en Cambray el año próximo pasado, en todos mis enfermos, que fueron innumerables, nada hallé más favorable y conveniente que la copiosa emisión de sangre.»*

Después cita ejemplos de curaciones que, en gracia de la brevedad, no transcribo aquí. Cúmplenos, no obstante, referir en este lugar la historia, en extremo singular, de un hecho ocurrido en Inglaterra hace algunos años, y no ajeno á nuestro propósito.

Como entre las demás calamidades de la guerra civil que afligieron á esta nuestra patria, existiera también la peste en muchos puntos, y hubiera penetrado en el campamento de *Dunstar*, que se halla en la provincia de *Sommerset*, habiendo muerto repentinamente algunos soldados de la guarnición, en que se presentaban manchas, y acometido á otros muchos, cierto cirujano, que después de largos viajes por el extranjero, ya de vuelta por entonces, servía como soldado, rogó con instancia al jefe del castillo que le permitiera socorrer con

correptis pro virili succurrere; quo annuente singulis ægris statim à primo morbi insultu, atque nullo adhuc tumore conspicuo, sanguinem ingenti copia detraxit, donec pedibus deficere inciperent, nam stantibus ac sub dio vena pertusa est, nec aderant vascula quæ cruoris in terram efluentis mensuram definirent. Hoc facto eos in tugioliola sua ad decumbendum dimisit. Et quamquam à phlebotomia nullum omnino remedium adhibuit, tamen ex complurimis iis, quos hoc modo tractasset, mirum dictu, ne unus quidem desideratus est. Vir nobilissimus juxta ac morum probitate atque fide spectabilis, Dominus Franciscus Windham, militum tribunus, ac prædicti castris tunc temporis præfectus, mihi hæc retulit, et etiamnum in vivis est, pro ea qua est humanitate, rei gestæ veritatem cuilibet dubitanti confirmaturus.

Quisquis autem cupit scire, quomodo

Qui mihi met ipsi circa hanc rem singulare ac memoratu dignum aliquando observare contigit, lector inferius accipiet, ubi pauca ea, quæ desæviente nupera peste londinensi à me usu atque experientia annotata fuerunt, inferius ostendam.

Hujusce autem praxeos utilitatem etsi non mente tantum ac judicio assequor, verum etiam re ipsa atque editis experimentis dudum exploravi, tamen pestilentis fermenti per diaphoresin dissipatio, pro ejusdem pervenæ sectionem evacuatione mihi multis, nominibus arridet, utpote quæ nec ægrorum vires æque prosternat, nec medicum infamiae periculo objiciat. Atqui et hæc difficultatibus suis non vacat; primo enim, multis ac præsertim calidioris temperamenti juvenibus, sudores ægrius proliciuntur; cujusmodi ægrotos, quo hydroticis fortioribus, ac cumulatiore tegumentorum pondere diaphoresin

sus auxilios à sus compañeros atacados del atroz mal; habiendo accedido el cual, sangraba copiosamente á todos los enfermos inmediatamente despues de la invasion de la enfermedad y ántes de advertirse ningun tumor, hasta que empezaban á flaquear las piernas, pues los sangraba en pié y al aire libre, sin vasos que dieran la medida de la cantidad de sangre que caia en el suelo. Hecho esto, los mandaba á sus habitaciones á acostarse. Y aunque despues de la sangría no daba remedio alguno, sin embargo, de los muchísimos que trato de este modo, ¡cosa admirable! no murió ni uno solo. D. Francisco Windam, varon nobilísimo, digno de fé por su honradez, tribuno de soldados y prefecto entónces de dicho campamento, me contó esto, y aún vive para confirmar á cualquiera que dudare la verdad de este hecho, con la amabilidad que le caracteriza.

Lo que de especial he podido observar yo mismo alguna vez, acerca de este asunto, lo verá el lector más adelante, cuando exponga lo poco que al recrudescerse la pasada peste de Lóndres me enseñaron el uso y la experiencia.

Aunque no asiento á la utilidad de semejante práctica solamente con la razon y el juicio, sino que la comprobé tambien práctica y experimentalmente en otro tiempo, no obstante la disipacion del fermento pestilente por sudor, me halaga por muchos conceptos más que la évacuacion del mismo fermento por la sangría, en cuanto que ni abate en tanto grado las fuerzas del enfermo, ni expone al médico á perder su reputacion. Pero no carece tampoco esto de inconvenientes, pues, en primer lugar, en muchos individuos, y principalmente en los jóvenes dotados de un temperamento caliente, los sudores se provo-

conciere satagas, eo in manifestius phrenitidis periculum adduces; aut quod tristioris adhuc ominis est, vana spe aliquantisper lactatus, tandem pro sudoribus *exanthemata pestilentialia* elicies. Cum enim præcipua hujusce mali labes in spirituosiori massæ sanguineæ parte resideat, unde crassiorum particularum exagitatio non nihil languidior, quam in aliis inflammationibus plerumque existat, tenuior illa portio novi caloris accessione in majorem rabiem acta, impetu demum tacto omnes cruoris fibras ultra texturæ modum distensas prorsus frangit ac comminuit. Aqua fibrarum sanguinearum dissolutione macularum pestilentialium causam pretendam esse censeo, quippe non secus ac vibices à plaga fortiore in partem aliquam corporis musculosam inflictæ, primo intensius rubicundæ in cute efflorescunt, ac brevi post tempore livorem quendam aut nigredinem induunt.

Deinde vero, in corporibus, quæ satis prompte in sudorem solvuntur, si diaphoresis justo præmaturius (nempe tota materia morbosa nondum penitus dissipata) abruptatur, bubonum, qui laudabiliter quidem sub finem sudoris prodire inæperant, postea deterior evadit conditio. Nam subducta quæ eos in molem attollere deberet materiæ parte, aut de facili intro remeant, aut saltem ad legitimos abscessus nunquam perducuntur (quemadmodum etiam in variolis accidere solet, quoties æger per primos dies impensius sudavit), recepto autem denuo intra muros hoste ferali, in sanguine commotio excitatur, cu-

can con dificultad, poniéndolos en manifiesto peligro de delirio, si se trata de promover el sudor con diaforéticos enérgicos y aumentando las cubiertas de la cama, ó, lo que todavía es de más triste agüero, alimentada algun tiempo una vana esperanza, se determina al fin, en vez de los sudores, el exantema pestilencial. Residiendo, en efecto, la lesión principal de esta enfermedad en la parte más espirituosa de la masa de la sangre, por lo que es algo más lánguida que en la mayor parte de las demás inflamaciones la agitación de las partículas más gruesas, aquella porción más ténue á la llegada del nuevo calor, adquiere mayor agitación; y distendidas con su movimiento todas las fibras de la sangre más allá de lo que consiente su textura, se rompen y desmenuzan por completo. En esta disolución de las fibras sanguíneas es donde creo se debe buscar la causa de las manchas pestilenciales, pues que no de otro modo que los equimosis producidos por un fuerte golpe dado en alguna parte muscular del cuerpo, aparecen primero en la piel intensamente rubicundas, y después de breve tiempo se hacen lívidas ó negras.

En segundo lugar, si en los individuos que sudan fácilmente, se interrumpe la diaforesis más pronto de lo debido (esto es, no estando completamente disipada toda la materia morbosa), se hace peor la condición de los bubones que habían empezado á brotar de una manera laudable hácia el fin del sudor. Sustraída, en efecto, la parte de la materia que debía aumentar su volumen, ó se retiran al interior, ó al ménos nunca llegan á ser verdaderos abscesos (como también suele suceder en las viruelas, siempre que el enfermo suda mucho en los primeros días); y depositado nuevamente en las partes internas el

ius opera eo, quo superius inuimus, modo, sæpe ecchymata imminentis lethi indicia foras propelluntur.

Verum quibusnam modis his aliis que difficultatibus obviam iri possit, ut luculentius patescat, quid in hoc morbo à me pro modulo meo factum observatumque fuerit, initio à nuperæ his primordiis ducto, summa fide edisserere lubet.

Nobilem fœminam ineunte *Majo* anno 1665 ætatis circiter 21 annorum, ac temperamento sanguineo præditam invisi. Præter febrim ardentem, quæ paulo ante invaserat, vomitiones importunæ, aliaque symptomata febrilia ægram excrutiabant. Curationem à venæ sectione auspicatus, postero die ad præcavendam diarrhoeam (quæ, ut in hujusce tractatus initio monuimus, ob omissam quod postulabat in principio morbi vomendi propensio, emetici exhibitionem, defervescente febre supervenire consuevit), vomitorium imperavi, quod satis commode ventriculi saburram elicuit. Postero mane cum ægram iterum adirem, ei album profluere intelligo, quæ res ab aliquot annorum usu insolentior visa, mihi non levem sollicitudinem iniecit. Exinde autem febrim non vulgaris generis esse judicavi (quæmadmodum etiam eventus docuit) proindeque aliam ab ea quæ superius tradita est, quæque constanti successus seriè hæctenus à me usurpata fuisset, medendi rationem sibi vindicare. Quocirca adscito in negotii societatem medico alio seniore, venæ, sectio, quam ægrotantis ætas, temperamentum, ac inordinata sanguinis ebullitio flagitare videbantur, ex communi nostro consilio iterum celebrata est: etiam cardiaca moderate refrigerantia propi-

virus morbífico, se excita en la sangre una conmocion, merced á la que, y del modo que más arriba hemos indicado, aparecen frecuentemente ectimas, señales de una muerte próxima.

Para hacer ver mejor el modo de cómo puede ocurrirse á estas y otras dificultades, quiero relatar fielmente lo que á mi manera hice y observé en esta enfermedad, empezando por las siguientes observaciones de la pasada peste.

Visité á una señora á principios de Mayo de 1665, de unos veintiun años de edad, y de temperamento sanguíneo. Además de la fiebre ardiente que poco ántes la habia invadido, mortificaban á la enferma vómitos molestísimos y otros síntomas febriles. Despues de haber empezado el tratamiento por la sangría, prescribí al dia siguiente, con objeto de prevenir la diarrea (que como advertimos al principio de este tratado suele sobrevenir al despumarse la sangre, cuando se ha omitido el emético que exigia la propension al vómito en el principio de la enfermedad), un vomitivo que expulsó con bastante facilidad la saburra del estómago. Habiendo visto otra vez á la enferma al dia siguiente por la mañana, noté que se le habia soltado el vientre, cosa que, pareciéndome salirse de lo que ordinariamente acaecia algunos años há, me inspiró no poca inquietud. Esto me hizo creer que la fiebre no era de la clase ordinaria (como tambien el éxito lo demostró), y que por tanto reclamaba un método de curacion distinto del que más arriba se expuso, y que hasta entónces habia sido empleado por mí con constantes resultados. En atencion á esto, asociado para el asunto otro médico de más edad, se recurrió de nuevo, y por comun consentimiento, á la sangría,

nata, ac denique clysmata alternis diebus injecta sunt. Sub finem ægritudinis, quoniam symptomata valde anomala ac inconsueta (malignitatis egregiæ indicia vulgo habita), ingruebant, ex alexipharmacorum classe fortiora aliquot præscripsimus. Quibus tamen omnibus nequicquam proficientibus, ægra circa diem decimum quartum è vivis excessit. Insolitum hujusce febris ingenium per aliquot post dies animum meum varie exagitant, ac tandem in memoriam revocans, summum ardorem, etiam post reiteratam venæ sectionem in predicta ægra perseverasse; ruborem genarum adfuisse, enormis aliquot guttulas paulo antemortem è naribus fluxisse; necnon sanguinem ipsius in acetabulis refrigeratum, ei qui à pleuriticis detrahitur, non absimilem fuisse, quin et tussim aliquam et obscuros quosdam in partibus vitalibus dolores emicuisse; porro et eam anni tempestatem incubuisse, quæ finem veris ac initium æstatis, complectitur, quæque febribus continuis producendis minus esset idonea (illæ enim hoc tempore sua sponte quasi dissiliunt, et intermittentium classem se reponunt, vel in pleuritides atque id genus alias inflammationes præcipites ruunt) denique pleuritides eo ipso tempore admodum populares fuisse; his inquam omnibus rite perpensis in eam deveni sententiam, ut febrim hanc, etsi pathognomicis pleuritis, aut etiam peripneumonice signis destitutam, tamen symptomatis rationem habuisse judicarem, inflammationis cujusdam respectu circa partes spirituales delitescens, etiamsi nullus aderat lateris dolor, nulla insignis spirandi difficultas. Ut rem contraham, eo tandem deveni, ut eadem omnino mihi methodo procedendum fuisse in prædicto casu arbitrarem, qua in pleuritide sæpius

que la edad de la enferma, su temperamento y la desordenada ebullición de la sangre parecían pedir con urgencia; también se dieron cardiacos algo refrigerantes, y, finalmente, se inyectaron lavativas un día sí y otro no. Hacia el fin de la enfermedad, habiendo aparecido síntomas muy anómalos y desacostumbrados (tenidos por el vulgo como signos de gran malignidad), prescribimos algunos medios de los más fuertes de la clase de los alexifármacos. No aprovechando, sin embargo, nada ninguno de ellos, murió la enferma hacia el día catorce. El carácter extraordinario de esta enfermedad torturó por espacio de algunos días después mi ánimo; hasta que, recordando que había subsistido un gran ardor en la enferma dicha aún después de repetida la sangría; que se había presentado rubicundez en las mejillas; que habían fluido algunas gotas de sangre de la nariz poco antes de la muerte, y que la sangre sacada, enfriada en las vasijas, no se diferenciaba de la que se saca á los pleuríticos; que se había notado algo de tos y ciertos dolores oscuros en el pecho, y, finalmente, que había enfermado en la época del año que comprende el fin de la primavera y principio del verano, época no adecuada para la presentación de fiebres continuas (pues en este tiempo suelen dividirse espontáneamente y hacerse intermitentes, ó se cambian prontamente en pleuresías y otras inflamaciones semejantes); y, por último, que en aquel mismo tiempo reinaban pleuresías epidémicamente; pesadas bien todas estas cosas, digo, vine en cuenta de que esta fiebre, aunque destituida de los signos patognomónicos de la pulmonía y la pleuresía, ofrecía, no obstante, el cuadro sintomático de una inflamación cualquiera existente alrededor

cum successu singulari usus fueram. Quæ sententia deinceps feliciter atque ex voto cessit. Vocatus enim non multo post ad hominem consimili prorsus modo ægrotantem, reiteratis venæ sectionibus, quales ad pleuritidem supra laudantur, curationem commisi et absolvi. Circa mensis modo memorati exitum atque initium Junii, complures operam meam implorantes ab eadem febre (quæ jam valde populariter grassabatur) prædictæ praxeos beneficio convalescunt. Ab hoc tempore immaniter debacchari cœpit calamitosa illa pestis, quæ eo tandem truculentia devenit, ut septem dierum spatio totidem animarum millia in hac una urbe extinxerit.

Febri autem illi, de qua modo loquebar, an pestis appellatio attribui mereatur, non ausim definite pronunciare. Hoc tamen explore cognitum habeo, omnibus, quos illo et aliquanto post tempore ipsissima pestis cum universo symptomatum sibi peculiarium apparatu, in mea vicinia afflixit, eandem tam in primo morbi, insultu, quam in decursu accidentium syndrome adfuisse. Cæterum cum proximo pariete ardente proprius ædibus meis immineret periculum, ego tandem amicorum suasu numerosissimis fugentium turbis me adjunxi, familia etiam mea ad aliquot ab urbe lapides subducta. Eo tamen vicinis meis maturius redii, ac dum calamitosæ illius luis in tantum perseveraret sævities, fieri non potuit, quin meliorum medicorum penuria ad pestiferorum auxilium advocarer. Nec multo post

de las partes respiratorias, aunque no hubiese dolor en el costado ni dificultad de respirar. Comprendí, en una palabra, al fin, que debía haber procedido enteramente con el mismo método en el caso citado que habia empleado tantas veces con éxito singular en la pleuresía. Este modo de pensar fué confirmado luégo por la experiencia. Llamado, en efecto, no mucho despues, para un hombre enfermo enteramente de igual manera, le traté y logré la curacion con sangrías repetidas como se recomiendan en la pleuresía. A fines de dicho mes y principios de Junio, habiendo reclamado mis auxilios muchos con la misma fiebre (que era ya muy epidémica), convalecieron á beneficio de igual práctica. Desde este tiempo empezó á desarrollarse horriblemente aquella calamitosa peste, que llegó á tan alto grado de intensidad, que en el espacio de siete dias mató otros tantos miles de personas en esta ciudad sola.

No me atrevo á afirmar definitivamente que merezca llamarse peste aquella fiebre de que acabo de hablar. Sólo sé de cierto que en todos aquellos á quienes entónces y algun tiempo despues atacó en mi vecindad la misma peste, con todo el aparato de sus síntomas peculiares, presentó, tanto en el principio de la enfermedad como en su curso, el mismo conjunto de fenómenos. Despues, corriendo peligro por haberse declarado en una casa inmediata á la mia, persuadido al fin por mis amigos, me uní á las numerosísimas turbas que huian, llevando tambien mi familia á algunas millas de la ciudad. Volví, sin embargo, ántes que mis vecinos, y subsistiendo aún la enfermedad con intensidad suficiente para que hubiera precision de recurrir á mí, á falta de médicos mejores. Poco tiem-

complures febricitantes invisi, quorum febrim, illius quæ ante decessum meum tam prosperis ægrorum rebus, à me tractata fuisset, morem atque genium æmulari non sine magna admiratione deprehendi. Ideoque propria experientia fretus ceu duce, quijuscumque præceptis umbratilibus anteponendo phlebotomiam similiter administrare non dubitavi.

Hunc autem ritum imminuendi liberalius sanguinem (cui etiam ptisanæ ac didtæ iæ genus refrigerantis usus accessit) in multis ægris miro profectu continuavi, donec tandem in nonnullorum tractatione solito successu destitutus præ adstantium protervia, qui præjudiciis inanibus occupati debitam sanguinis quantitatem auferri non patiebantur (magno ægrotantium malo, quibus, saltem dum in hoc cardine curandi scopis versaretur, sanguis aut sufficienti quantitate, aut non omnino detrahendus fuerat), insignem obicem conatibus meis oppositum sensi, ac proinde alium à venæ sectione huic morbo occurrendi modum reperiri, magnopere ex usu futurum judicavi. Nocumenti quod aliquando insons dedi, non ex eo, quod sanguinem ademerim, sed quod ex voto eundem adimere impeditus fuerim, exemplum hic adducam. Vocatus ad juvenem quendam, temperamento sanguineo ac habitu athletico præditum, quem febris vehementior cum doloribus capitis vertiginosis, vomitu enormi, aliisque id genus symptomatibus à biduo corripuerat; cum nullum adesse tumoris signum interrogatus responderet, statim liberali manu sanguinem emitti imperavi, cujus refrigerati superficies pariformem pleuriticorum sanguinem referebat, præscripta etiam ptisana cum jusculis ac julapiis refrigerantibus. A meridie pro secunda vice

po despues, visité á gran número de enfermos cuya fiebre ví, no sin gran admiracion, que afectaba la misma forma é índole que la que ántes de mi partida habia yo tratado con tan feliz éxito para los enfermos. Fundándome, pues, en mi propia experientia por guia, y anteponiéndola á todos los preceptos teóricos, no dudé en recurrir á la sangría del mismo modo que ántes.

Esta práctica de sacar sangre en gran cantidad (á que se añadía el uso de la tisana y dieta refrigerante) la continué con admirable resultado en muchos casos, hasta que, no logrando en el tratamiento de algunos el éxito acostumbrado, por la terquedad de los asistentes, que, llenos de preocupaciones vanas, no consentian que se sacára la cantidad debida de sangre (con gran perjuicio de los enfermos, al ménos de aquellos en que, consistiendo en esto lo esencial de la curacion, debia, ó sangrárseles en cantidad suficiente, ó no sangrarlos nada), sentí se oponia un gran obstáculo á mi propósito, y por tanto juzgué deber buscar principalmente en la experientia otro método distinto de combatir esta enfermedad. Daré aquí un ejemplo del daño que causé en una ocasion inocentemente, no por haber sacado sangre, sino porque se me impidió sacarla segun mi deseo. Llamado para cierto jóven, de temperamento sanguineo y hábito atlético, á quien hacía dos dias habia atacado una fiebre intensísima con dolores vertiginosos de cabeza, abundantes vómitos y otros síntomas por el estilo; como, preguntado, respondiese no haberse presentado signo alguno de tumor, mandé que en seguida se le hiciera una copiosa sangría, presentando la superficie de la sangre, despues de enfriada, un aspecto igual á la de los pleuríticos, y

parem sanguinis jacturam subiit, qua etiam sequente aurora similiter multatus est. Sub hujus autem diei exitu ægrum meum invisens, eum quidem multo melius se habere, et nihilominus amicos ejus adversus ulteriorem venæ sectionem animis vehementer obstinasse deprehendo; quam tamen ego denuo celebrandam esse enixe contendi, superesse alteram duntaxat venæ sectionem dictitans, quæ ægrum in sicco collocaret: si contra niti pergerent, satius fuisse, ut nullo omnino sanguine detracto curatio per sudores instituta fuisset; uno verbo, ægrum certo certius inferiturum. Præsagium eventus confirmavit; nam dum hæc alteratio rei agendæ occasione corripuisset, maculæ purpureæ postridie eruperunt; nimirum materiæ peccantis reliquiis, quas radicitus evacuari oportuit, cum jam omnem abscessum spem phlebotomia toties repetita abstulisset, mora sua universam cruoris massam pervertentibus, ejusdemque compagem subtilitate eximia dirumpentibus. Æger autem post aliquot horas satis concessit. Cum ergo frequentior hujusmodi obstaculum occursus mihi molestiam facesseret, magna cogitandi sollicitudine mecum agitavi, equis demum reperiri possit mendendi modus, qui morbum non minus efficaciter abigeret, nec hominum offensionem æque incurreret. Re diu multumque apud animum meum deliberata, tandem in hanc methodum incidi, quam nunquam non proficuum, ac omnibus numeris absolutam deinceps expertus sum.

Primo, siquidem tumor nondum protuberaret, sanguinem pro ægro-tantis viribus ac temperamento, moderate detraxi, quo facto, diaphoresis, cujus alias sollicitatio in nonnullis

ordené además una tisana con caldos y julepes refrigerantes. Al mediodía se le hizo segunda sangría igual á la primera, y otra al amanecer del dia siguiente. Al visitar á mi enfermo al terminar el dia, ví que se hallaba mucho mejor, y tambien que, sin embargo, sus amigos se oponian obstinadamente á otra nueva sangría, que yo, no obstante, sostuve con todas mis fuerzas debia hacerse, afirmando que bastaria una sola para poner al enfermo fuera de peligro, mientras que, de no hacerse, hubiera sido mejor que, sin haberles sangrado nada, se hubiese procurado la curacion por sudores, y, en fin, que el enfermo moriria de seguro. El éxito confirmó el presagio, pues habiendo pasado la ocasion durante este altercado acerca de lo que se debia hacer, aparecieron al dia siguiente las manchas purpúreas, lo cual tiene su explicacion en que las reliquias de la materia pecante, que hubiera convenido evacuar radicalmente, no pudiendo determinar abscesos por la repeticion de la sangría, pervirtieron con su permanencia toda la masa de la sangre y destruyeron por su excesiva sutilidad su trabazon. El enfermo murió despues de algunas horas. Como la frecuente repeticion de semejante obstáculo me disgustaba, examiné con gran detenimiento si podria hallarse algun otro método curativo que, siendo igualmente eficaz contra el mal, no suscitára al propio tiempo tanta oposicion. Habiendo pensado mucho acerca del asunto, al fin vine en cuenta del siguiente método, que probé despues ser siempre provechoso y perfecto.

En primer lugar, si todavía no habia aparecido el tumor, sangraba moderadamente al enfermo, segun sus fuerzas y temperamento; hecho lo cual, el sudor, cuya determinacion de

corporibus non modo summam habebat difficultatem, verum etiam majoris incendii, proindeque ethymatum puerorum periculum minitabatur, facilis erat atque expedita. Atque hanc sanguinis jacturam, quæ utut exigua alias gravissimum incommodum attulisset, diaphoreseos immediatæ insequentis beneficium abunde compensavit. Post venæ sectionem (quam in lecto celebrandam curavi, cum jam omnia ad sudores prolicendos in promptu essent) ne vel minime interposita mora stragulis ægrum obrui, ac laciniam laneam sincipiti alligari jussi, quæ quidem capitis obfectio, ad sudorem ciendum plus proficit, quam quis facile crediderit. Deinde, si vomitus non adessent hæc et similia hydrotica exhibui: *Recipe.*—*Theriaceæ Andromachi, dracmam semis.*—*Electuarii de ovo, scrupulum.*—*Pulvium è chelis cancerorum, grana duodecim.*—*Cochinellæ, grana octo.*—*Croci, grana quatuor, cum s. q. succi hermes fiat bolus quem sumat sexta quaque hora, superbibendo cochlearia sex sequentis julapii.* *Recipe.*—*Aque cardus benedicti et scordii compositi, ana, uncias tres.*—*Aque theriacalis stillatæ, uncias duas.*—*Syrupi cario-phylorum, unciam.*—*Misce; fiat julapium.*

Quod si vomitio interpellaret, ut in peste ac febribus pestilentialibus sæpissime accidit, medicamentum sudoriferum tantisper propinare distuli, donec solo tegumentorum pondere (nisi quod linteaminis pars subinde ad colligendos halitus vultui superinduceretur) sudor promanare inciperet. Nam (quod quidem observatu summe dignum est) cum materiæ morbificæ radii versus ambitum corporis sese exporrigant, illico alvi

otra manera en algunos individuos no sólo era muy difícil sino también causa de mayor excitación, y por tanto exponía á la formación del exantema, era fácil y expedito. Por otra parte, esta emisión de sangre, que aunque pequeña hubiera producido un gran perjuicio en otro caso, era sobradamente compensada con el beneficio del sudor que inmediatamente la seguía. Después de la sangría (que procuraba hacer en la cama, preparado ya todo para provocar los sudores) cubría al enfermo con las ropas de la cama, sin dejar abertura alguna, y mandaba colocar en el sincipucio un pedazo de franela, medio que sirve más de lo que nadie puede creer para la determinación de los sudores. Después, si no se presentaban vómitos, daba los sudoríficos siguientes, ú otros análogos: *De triaca de Andrómaco, media dracma.*—*Electuario de huevo, un escrúpulo.*—*Polvo de tenazas de cangrejos compuestos, doce granos.*—*Cochinilla, ocho granos.*—*Azafran, cuatro granos: con cantidad suficiente de zumo de kermes hágase un bolo para tomar cada seis horas, bebiendo detrás seis cucharadas del siguiente julepe: Récipe.*—*Agua de cardo santo y escordio compuesta, de cada cosa tres onzas.*—*Agua destilada de triaca, dos onzas.*—*Jarabe de clavo, una onza.*—*Mézclese y hágase julepe.*

Si el vómito no permitía el uso de estos medios, como sucede muchas veces en la peste y fiebres pestilenciales, difería la administración del medicamento sudorífico hasta que empezara á brotar el sudor por sólo el peso de las ropas (á no ser que se cubriera también de cuándo en cuándo la cara con un lienzo para retener la respiración). Porque (y esto es muy digno de ser notado) en seguida que las moléculas de la materia morbifi-

profluvium et vomitiones, ab eisdem introrsum reflexis, ac in ventriculum et intestina decumbentibus provenientes, ultro sedantur. Adeo ut quantacumque stomachi subversio præcesserit, assumpta deinceps medicamenta probe retineantur, ac ad sudores ex voto proliciendos conducant.

Memini cum me aliquando pharmacopula quidam ad fratrem suum ex febre pestilentiali graviter ægrotañtem vocasset, atque ego de medicamento ad sudorem suscitandum exhibendo, sermonem injicerem, retulit se jam varia eaque fortiora sudorifera incassum propinasse, siquidem æger omnia vomitu rejecerat. Cui ego, adduceret, inquam, ex omnibus iis quæ antea exhibuisset vel ingratisimum ac summe fastidiosum, ne illud deinceps evomere-tur. Promissi fidem eventus libera-vit, quippe æger, ubi à sola stragulo-rum mole paululum maduisset, largiorem *Theracæ Venetæ* bolum deglutivit ac retinuit, cujus benefi-cio in copiosiore sudorem con-jectus incolumitatem recuperavit.

Sed ut ad institutum redeam, in-ceptam jam diaphoresin haustibus *Zythogalæ salvia alteratæ, vel ce-revissicæ, cui macis aliquantulum incoxerit*, subinde repetitis, ad naturalis diei spatium continuari præcepi, abstersione interim omni reli-giose interdicta, imo nec infra qua-tuor ac viginti horas à sudoribus finitibus indusium utcumque madidum ac immundum mutari permitto; id quod summa cautela observari velim. Quod si sudatio angustiori tem-poris limite circumscribatur, recru-descit illico symptomatum sævitia,

ca se dirigen hácia la superficie del cuerpo, en el mismo instante se calman definitivamente la diarrea y los vómitos, que provienen de estas mismas moléculas dirigidas y depositadas en el estómago é intestinos, hasta el punto de que, por grande que haya sido la subversion precedente del estómago, se retienen bien los medicamentos tomados despues, y sirven segun se desea para la determi-nacion de los sudores.

Me acuerdo de que habiéndome llamado en una ocasion un farmacéu-tico para ver á un hermano suyo gra-vemente enfermo de una fiebre pes-tilencial, y hablando yo de adminis-trar un medicamento para suscitar el sudor, replicó que ya él habia em-pleado vários y los más fuertes sudo-ríficos, y en vano, pues que el enfer-mo devolvía todo por vómito. Repuse que trajera áun el más ingrato y fas-tidioso de todos los que ántes le habia dado, y que no le vomitaria. El éxito sancionó la verdad de la promesa, pues que el enfermo, luégo que empezó á ponerse ligeramente matoroso por sólo el peso de las ropas, tomó y re-tuvo un gran bolo de triaca venecia-na, á beneficio del cual, rompiendo en un copioso sudor, se vió fuera de peligro.

Pero, volviendo al objeto; una vez iniciado el sudor, mandaba sostenerle por espacio de un dia natural con po-ciones de suero en que se hubiese infundido sálvia, ó con cerveza en que se hubiera cocido algo de macis, re-petidas á menudo, prohibiendo al mismo tiempo y absolutamente todo enjugamiento, y sin permitir quitar ni áun la camisa, por mojada y súcia que estuviere, hasta veinticuatro ho-ras despues de terminados los sudo-res, lo que quisiera que se observase con grandísimo cuidado. En efecto: si se circunscribe el sudor á un tiempo

atque ægroti salus, quam prolixior diaphoresis extra aleam constituisset, in acie novaculæ relinquitur.

Ubi primum eruperint pustulæ jam proximo diligenter mecum perpendo, an *discreti* fuerint generis, an vero *confluentium*, cum longo hæc intervallo ab invicem distent, quantumlibet conveniant, quoad symptomata quædam utrisque communia. Si itaque ex pustularum magnitudine, et paucitate, tardioreque eruptione, tum etiam ægritudinis, aliorumque symptomatum gravissimorum, quæ in *confluentibus* etiam post eruptionem fatigant, evanescencia, de genere discreto mihi constet; ægrum cerevisia tenuiori, juseulis avenaceis, hordeaceis, etc., reficiendum curo, modo quem supra descripsimus. Atque si tempore æstivo eoque calidissimo variolæ non ita multæ obtingant, quorsum attineat ægrum in lecto jugiter stratum obrutumque de finire, ego quidem non video. Quin potius singulis diebus, per aliquot horas de toro surgat, ea lege, ut tam loco, quam vestitu, frigoris pariter ac caloris nimii incommoda præcaveantur. Quid quod ægroto à cubili quandoque abstinente, morbus minori cum molestia, ac etiam breviori spatio tempora sua peragat, quam si eidem continenter affigatur, quod non modo ægritudinis tedium adauget, verum etiam febrilem æstuationem fovet, et prodeuntibus vesiculis dolo-

quando ménos. Añadida en efecto la inflamacion que imprimió á la sangre la influencia de los líquidos espirituosos al intenso calor que naturalmente acompaña á esta enfermedad, se irrita hasta tal punto la sangre, que no es raro fluya á la vejiga por conducto de los vasos, ó bien determina manchas purpúreas y otros síntomas por el estilo, que embarazan al médico por todo el curso de la enfermedad, y matan al fin al enfermo. Tales es lo que debe hacerse ántes de la erupcion de las pústulas.

Inmediatamente que éstas han brotado, examino cuidadosamente si son discretas ó confluentes, pues se diferencian extraordinariamente entre sí, aunque convengan en algunos síntomas comunes á ambas. Así, pues, si por el tamaño y escasez de las pústulas, por su tardía erupcion, por la disipacion del malestar y de otros gravísimos síntomas que subsisten en las confluentes despues de la erupcion, vengo en cuenta de que pertenecen á la clase de las discretas, procuro rehacer al enfermo con cerveza suave, caldos de avena, cebada, etc., del modo ántes dicho. Y cuando la estacion corriente es el verano, y caloroso, y no son muchas las viruelas, no veo ciertamente que pueda convenir retener al enfermo echado continuamente en la cama y agobiado de ropa, sino que más bien debe levantarse todos los dias algunas horas, teniendo, sin embargo, cuidado de evitar que tanto la habitacion como los vestidos puedan producir calor ni frío. Levantado, en efecto, el enfermo de la cama, la enfermedad recorre sus periodos con ménos molestia y en más breve espacio de tiempo que estando continuamente fijo en ella; cosa que no sólo hace el mal más enojoso, sino que aumenta el calor febril, y al presentarse la viruela determina una in-

rificam inflammationem conciliat. Quod se aut frigidior anni tempestas, aut copiosior exanthematum eruptio perpetuo decumbendi necessitatem ægrotanti imponat, prospicio, ut non intensiore caloris gradu, vel adjectis pluribus stragulis in lecto decumbat, quam quibus in prospera valetudine uti solebat accenso interim non nisi hyemè incumbente, mane et sero foco mediocri. Neque etiam exigo, ut in eodem loco semper jaceat, nempe ne sudores erumpant, quos ego tum rationibus supra allatis, tum ipsa experientia fretus, fidenter affirmo non absque ingenti periculo promoveri posse.

Determinante morbo, cum habituum à materia jam in pus conversa prodeuntium eruptio liberior à pustulis tandem crustosis ac duriusculis impediatur, abs re non erit *vini Cantarini semicocti cochlearia quinque vel sex*, vel aliud medicamentum cardiacum temperatum exhibere, ne scilicet halitus illi putridi in sanguinis massam postliminio revertantur. Et sane jam nunc, neque prius, cardiacis locus est. Eodem pariter tempore diæta paulo calidior et cardiaca magis potest concedi, juscula, verbi gratia, ex pane et cerevisia saccharata, è farina avenacea cum cerevisia et saccharo, etc. Neque aliis omnino erit opus, in genere scilicet discreto ac leniori, si æger hac methodo ac diæta, utrisque moderatis, se tractari patiatur; nisi forteam inquietudo, vigilæ, aut alia symptomata phrenitidem minitantiã, paregorici usum subinde suadeant.

Hæc sanè reclamante licet immane isto ac male fundato hominum

flamacion dolorosa. Y si, ó la trialdad de la estacion del año, ó la abundante erupcion de los exantheas, impone al enfermo la necesidad de estar echado, cuido de que no esté en la cama demasiado caliente, ni con más ropa de la acostumbrada en estado de salud, no consintiendo sino en el invierno que se ponga en la habitacion, mañana y tarde, un mediano foco calorífico. Tampoco exijo que esté siempre en una misma postura el enfermo, para evitar así que broten los sudores, que por las razones arriba dichas, y fundado en la experiencia, afirmo con seguridad que no pueden promoverse sin gran peligro.

En la declinacion de la enfermedad, en que, hechas las pústulas costrosas y habiéndose endurecido, impiden la libre exhalacion de los hálitos emanados de la materia convertida ya en pus, puede ser conveniente dar cinco ó seis cucharadas de vino de Canarias á medio cocer, ó algun otro medicamento cardiaco templado, para evitar que aquellos hálitos pútridos vuelvan de nuevo á la masa de la sangre. Y ciertamente que entonces, y no antes, es el momento más oportuno de la administracion de los cardiacos. Al mismo tiempo puede igualmente concederse una dieta algo más caliente y excitante; por ejemplo, caldos de pan y cerveza azucarada, de harina de avena con cerveza y azúcar, etc. Y no habrá en realidad necesidad de otros medios en las viruelas discretas y sencillas, si el enfermo se aviene á ser tratado con este método y dieta, ambos moderados, á ménos que la inquietud, el desvelo ú otros síntomas, indicando la proximidad del delirio, aconsejen de cuándo en cuándo el uso de algun paregórico.

Tal es, en verdad, aunque se oponga la funesta y mal fundada

præjudicio, quod ex adverso militat, vera est ac genuina methodus huic variolarum generi medendi, et obtinebit demum, me vita functo. Et licet non negem, multos regimine admodum opposito tractatos nihilominus convalescere, fatendum est tamen, et sane dolentium etiam, si nobiscum reputemus, quam omni prorsus periculo vacat ex sua natura hoc *discretum* genus, plurimos etiam interire quin et alii complures satis pariter concederent, nisi vel à frigidiore tempestate, in quam incidit morbus vel à phlebotomia aliter sepevacanea atque inutili, nuper celebrata servarentur. Quo nomine, si vel obstinatio amicorum vel ægri diffidentia prædicto regimini intercesserit, tutius mihi videbatur sanguinem detrudere; quod quidem, licet in hac specie per se officiat (quatenus scilicet et separationem perturbat confunditque, et pabulum insuper tum pustulis, tum tumoribus elevandis destinatum subducit) aliquantisper tamen secuturum regimen calidius pensat ac proinde hanc, quam nonnisi coacti usurpamus, methodum, non usque adeo periculosam atque ancipitem reddit.

Ex dictis (ut obiter attingam) facile erit vulgare illud problema solvere; qui fiat scilicet ut perpauca adeo è plebe hoc morbo pereant, si ad eos comparentur, qui inter divites eodem trucidantur? quod quidem vix ad aliam causam potest referri, quam quod ob rem domi angustiorum, et agreste vivendi genus, vix illis fiat copia sibi nocendi regimine magis accurato ac delicatiori. Quinimo et plures inter vulgus jugulavit hic morbus, ex quo *Mitridati*, *Diascordii*, *Decocti cornu cervi*, etc., usum didicere, quam in sæculis indoctiori-

preocupacion del vulgo que cree lo contrario, el verdadero y genuino método curativo de esta clase de viruelas que se adoptará al fin despues de mi muerte. Y aunque no niego que muchos con un régimen enteramente opuesto han sanado, es preciso, no obstante, confesar (cosa bien sensible por cierto, si se tiene en cuenta el poco peligro de esta clase de viruelas) que muchos tambien han muerto y que otros muchos no se hubieran salvado igualmente, á no haberlo sido, ó por la frialdad de la estacion en que ocurrió la enfermedad, ó por alguna sangría que se hubiera hecho, y que por lo demás es vaná é inútil. Por esta razon, si, ó la obstinacion de los amigos, ó la desconfianza del enfermo, se opusieren al régimen indicado, pareceme lo más seguro recurrir á la sangría; pues aunque en esta clase de viruelas es en sí misma perjudicial, en quanto que perturba y altera la separacion, y extrae la materia destinada á la elevacion de las pústulas y tumores, compensa, sin embargo, algun tanto el régimen cálido que suele despues emplearse, no siendo, por consiguiente, este método, que á no vernos obligados no usaríamos, tan peligroso é incierto.

Por lo expuesto, y para decirlo de paso, puede hallarse fácil solucion á la tan comun pregunta siguiente: ¿en qué consiste que mueren tan pocos del pueblo de esta enfermedad, comparados con los que á ella sucumben de la clase rica? Lo que difícilmente puede explicarse por otra causa que por la escasez de recursos y la vida grosera de los primeros, que apenas tienen medios para perjudicarse con un régimen más cuidadoso y delicado. Y en verdad, que esta dolencia ha matado á muchas más personas, áun entre el vulgo, desde que se conoció el uso del mitridato, diascordio, coci-

bus quidem, at magis sapientibus: cum in singulis ferme ædibus reperiat stolidi aliqua ac sciola muliercula, quæ in hominem perniciem, quam non didicit, artem exerceat. Atque hæc de variolarum, quas interstinctas appellavimus, curatione.

At si conflant variolæ, periculosæ plena res aleæ est; arbitror enim ego, genus hoc non minus ab altero illo discrepare, quam ab hoc ipsa pestis, licet apud hominum vulgus, nomina et verba pro rebus sunt, utriuslibet curatio ex æquo prædicetur. In hac morbi specie, cum intensioris sanguinis inflammationis proles sit, major pariter adhibenda est cura, ne calefiat æger, ut in prioris curatione jam dictum est. Quamvis autem species hæc ex sua natura majorem sibi vendicet refrigerationem, quam altera ista, ad promovendam tamen faciei ac manuum intumescantiam (sine qua de ægro actum est) et pustularum elevationem atque augmentum, tum etiam, quia æger ob exulcerationes dolorificas lecto abstinere nequeat, expedit, ut in eodem contineat et se, et manus etiam suas, modo stragulis modice contactus sit, et concessa fuerit venia ab hac in illam lecti partem corpus pro arbitrio suo transferendi, ut in genere *discreto* innuimus. Præsertim vero morbo exeunte, cum jam appetat febris maturatio, non tantum hac libertate privandus est æger, sed monendus etiam, ut ea utatur, quin et versandus persæpe nocte atque interdiu, ut ingens calor contemperetur, et evitentur sudores, quibus amandatur lenis iste humor, quo diluendæ sunt variolæ, ut mitescant.

miento de cuerno de ciervo, etc., que en otros siglos ménos ilustrados, es cierto, pero más sábios; pues ahora rara es la casa en que no se encuentra alguna estólida y presuntuosa mujerzuela que ejerza con perjuicio de la humanidad un arte que no aprendió. Esto por lo que toca á la curacion de las viruelas que hemos llamado distintas.

Mas si las viruelas confluyen, el tratamiento es sumamente difícil, pues esta clase de viruelas no se diferencia ménos, en mi juicio, de aquella otra, que de la misma peste, aunque para el vulgo de los hombres, que toman los nombres y las palabras por las cosas, la curacion de entrambas deba intentarse de un mismo modo. En esta especie de enfermedad, como quiera que se origina de una más intensa inflamacion de la sangre, es preciso tener tambien más cuidado de no calentar al enfermo, como ya se ha dicho al tratar de la curacion de la precedente. Mas aunque esta especie reclama, por su naturaleza, mayor refrigeracion que la otra, nõ obstante, para promover la tumefaccion de la cara y manos (sin cuyo requisito el enfermo sucumbe) y la elevacion y aumento de las pústulas, y como por otra parte ulceraciones dolorosas impiden al enfermo levantarse de la cama, conviene que se mantenga en ella, teniendo tambien cubiertas las manos, con tal de que esté sólo moderadamente cargado de ropas y se le deje en libertad de cambiar de postura á su arbitrio, como dijimos en las *discretas*. Es principalmente en la declinacion de la enfermedad, y al iniciarse la fiebre de maduracion de las pústulas, cuando nõ sólo nõ se ha de privar de esta libertad al enfermo, sino que se le aconsejará tambien que use de ella, moviéndose á menu-

Quandoquidem vero, ut diximus, ptyalismus hanc speciem jugiter comitatur, qui cum è præcipuis sit naturæ evacuationibus, atque hic in ejus locum, quæ per pustulas fieri debuit, substituitur (quæ quidem per pustulas evacuatio in hac specie humili ac depressiore non æque atque in altera procedit), summopere annitendum est, ut dicta salivatio in vigore persistet et conservetur, nec ante diem suam sistatur, vel remedium calidorum usu, vel à cerevisia tenui aut simili alio liquore liberaliter haurièndo, ægrum arcendo. Jam cum ptyalismi mos sit naturaliter se habentis, ut cum prima eruptione incipiat, et die undecimo minuat, neque tamen nisi post diem adhuc unum aut alterum omnino desinat, si ante diem illum penitus cesset, in lubrico sunt ægri res. Nam cum faciei tumor (per quem nonnihil materiæ morbificæ evacuat) nunquam non eo ipso die dispareat, si salivatio eodem pariter tempore se subducatur, æger materia variolosa jam putrescente, ceu veneno, inficitur, cumque nulla amplius detur porta, per quam evacuari possit, in busti limine constituitur; nisi forte (quod fit nonnunquam) manuum intumescencia, quæ ut serius quam illa faciei se ostendit, ita tardius recedit, ejus sit molis ac momenti, ut ab oris faucibus illum eripiat. *Salivatio*, quæ tanti hic est tamque necessaria, admodum promovetur, si ægro affatim propinetur cerevisia tenuis, vel liquor alius quilibet, qui nec illum calefaciat, nec ad sudores provocet.

do de noche y de dia, para templar el excesivo calor y evitar los sudores que disipan el humor suave en que deben diluirse las viruelas para madurarse.

Como quiera que, segun hemos dicho, acompaña constantemente á esta especie el tialismo, una de las principales evacuaciones de la naturaleza y que aquí sustituye á la que debia hacerse por las pústulas (pues en esta especie en que son pequeñas y deprimidas no se hace en tanto grado como en las discretas), se ha de procurar con todo cuidado que dicha salivacion se sostenga y conserve en vigor, y no se suspenda antes de tiempo, ó por la administracion de remedios cálidos, ó prohibiendo al enfermo que beba en abundancia cerveza ténue ú otro liquido semejante. Siendo la marcha natural del tialismo empezar con la erupcion, disminuir el dia once, sin desaparecer, no obstante por completo, sino despues de uno ó dos dias, si cesa totalmente antes del undécimo dicho, pelagra el enfermo. Desapareciendo siempre, en efecto, y en el mismo dia la hinchazon de la cara (por donde se evacua algo de materia morbosa) si la salivacion se detiene igualmente en la misma época, el enfermo es inficionado por la materia variolosa, ya alterada á manera de veneno; y no existiendo otra vía por que pueda evacuarse, se pone al borde del sepulcro, á ménos (cosa que alguna vez sucede) que la hinchazon de las manos, que así como aparece más tarde, más tarde tambien se retira, sea de tal magnitud é importancia que le arranque de las garras de la muerte. La salivacion, que tanto importa y es tan necesaria en esta enfermedad, se promueve muchísimo dando al enfermo cerveza ténue en bastante cantidad, ó cualquiera otro liquido que

Præter hæc vero, ut consopiatu-
vehemens illa sanguinis ebullitio,
quæ hæc variolarum species alteram
illam longè superat, et sustentetur
ptyalismus (necessaria nempe hujus-
ce morbi evacuatio) conveniunt me-
dicamenta *narcotica*, præ aliis qui-
buscumque: quæ licet ob vim, qua do-
nantur, incrassantem, educendæ sa-
livæ videantur officere, jamdiu ta-
men ego me isto liberavi præjudicio
atque eadem in hoc morbo adhibui,
adstipulante ubique rerum eventu.
modo æger pubertatem excesserit.
Sanguis enim infantium puerorum-
que (qui per integrum morbi stadium
plerumque satis bene dormiunt), cum
mitius ferveat, minus hujusmodi eget
sufflamine; atque insuper horum usu
diarrhœa, quam in hoc morbi gene-
re infantibus evacuationem natura
instituit, cum ægri damno sistitur.
Adultis vero *paregorica* medicamen-
ta, si frequenter usurpentur, hæc ad-
ferunt commoda. Primo, somnum
moderate conciliando, efferam minus
sanguinis ebullitionem, ac proinde
phrenesim cohibent, præcaventque.
Dein, ab eorum usu faciei et manuum
intumescencia, qua insignem in hoc
morbo natura habet evacuationem,
rectius procedit. Quin etiam (quod non
parum facit ad ægri securitatem)
cum non raro juxta citias defumes-
cat facies cum malis ægri rebus, ti-
mor narcoticorum opè ad debitum us-
que naturæ terminum suffalcitur et
protrahitur; mitigato enim sanguinis
fervore, radii inflammati oportune ad
mânus, faciem atque omnem corpo-
ris superficiem, pro morbi ingenio
feruntur. Ptyalismus denique hisce
propagatur, qui licet vi medicamen-
ti ha fortiter incrassantis ad horas
aliquot sistitur in quibusdam, mox
tamen aucto novis hisce suppetiis
robore, instiguit denno natura et cep-

ni le caliente ni provoque el sudor.
Además de esto, para calmar la
violenta ebullicion de la sangre, que
en esta especie de viruelas supera
mucho á la de la otra, y para soste-
ner el tialismo (evacuacion indispen-
sable en esta enfermedad), convienen
más que ningunos otros los medica-
mentos narcóticos, que, aunque por la
virtud increasante que se los atribu-
ye parezcan oponerse á la secrecion
de la saliva, hace ya tiempo, sin em-
bargo, que, desechada tal preocupa-
cion, los empleo en esta dolencia, ha-
biéndome dado siempre buen resul-
tado, con tal que el enfermo hubiera
pasado de la pubertad. Por lo que
hace á los niños y jovencillos (que las
más veces duermen bastante bien en
todo el curso del mal), como su san-
gre fermenta más suavemente, néce-
sitan ménos de semejante auxilio, ade-
más de que con su uso la diarrea,
evacuacion que la naturaleza provo-
ca en los niños atacados de esta en-
fermedad, se detiene con perjuicio
del enfermo. Mas en los adultos los
paregóricos dados con frecuencia pro-
ducen las siguientes ventajas. En
primer lugar, proporcionando un
sueño moderado, impiden y precaven
la ebullicion excesiva de la sangre, y
el delirio, por lo tanto. En segundo
lugar, la intumescencia de la cara y
de las manos de que se vale la natu-
raleza en esta enfermedad como de
una evacuacion notable, se efectúa
con su uso de una manera más con-
veniente, y aun tambien merced á
ellos se logra asegurar en ocasiones
al enfermo, sosteniendo y aumentan-
do hasta el punto debido la tumefac-
cion de la cara, que no pocas veces
desaparece ántes de lo debido, con
gran perjuicio de áquél, pues rebaja-
da la efervescencia de la sangre, las
partículas inflamadas se dirigen opor-
tunamente á las manos, cara y á toda

tum opus feliciter peragit. Quin etiam animadverti salivationem quæ circa diem undecimum, aliquando etiam citius, cum ingenti ægri periculo minui solet; exhibitis plus semel paregoricis, de novo fuisse reintegratam, nec ante diem decimum quartum, alicubi etiam et post illum, desiisse. Propino ego ut plurimum, vel laudani liquidi guttas quatuordecim, aut circiter, vel syrupi de meconio unciam in aqua florum paralysis vel simili stillatitia solutam: quæ si adultis post plenam eruptionem ad morbi usque finem singulis noctibus propinentur, non modo incommodi nihil, sed et magnum inde emolumentum capient, quod frequenti experientia didici. Expediit, vero, ut censeo, paulo temporius quam aliter fieri solet, paregoricum exhibere; facile enim observatu est in variolis pessimi moris, caloris, ut ita dicam, paroxysmum vesperi plerumque ægrum inquietudine, anxietate, aliisque symptomatis lacessere, quæ si paregoricum hora sexta septimave vespertina sumatur, aliquatenus præcaveri possint.

Primer lugar, proporcionando un sueno moderado, imitando y previendo la espulsion excesiva de la sangre, y el delirio por lo tanto. En segundo lugar, la intemperancia de la cara, y de las manos de que se trata en natura, en esta enfermedad como de una evacuacion notable, se evita con su uso de una manera muy conveniente, y aun tambien merced á ellos se logra segurar en ocasiones.

Proximo loco, cum in variolis confluentibus haud minus certo infantes diarrhæa comitetur, quam adultos ptyalismus, natura ut supra ostendimus, alterutram harum evacuationum materiæ morbificæ eliminandæ ubique constituyente, ut nec hic ptyalismo, ita neque istic diarrhææ fre-

la superficie del cuerpo, conforme á la índole de esta enfermedad. Los narcóticos, finalmente, favorecen la salivacion, pues aunque por la accion increasante tan enérgica del medicamento se detiene algunas horas en ciertos individuos, despues, no obstante, aumentan las fuerzas con estos medios, se rehace la naturaleza y termina felizmente la obra comenzada. He notado además que la salivacion, que suele disminuir con gran perjuicio para el enfermo hácia el dia once, y á veces ántes, apareció en más de una ocasion despues de dados los paregóricos, sin retirarse ántes del dia catorce, y alguna vez tambien despues de él. En la mayoría de los casos administro catorce gotas, poco más ó ménos, de láudano líquido, ó una onza de jarabe de meconio disuelta en agua de flores de primavera, ó en otra destilada semejante; medios que, dados á los adultos despues de haberse completado la erupcion todas las noches hasta el fin de la enfermedad, no sólo no causan ningun perjuicio, sino que producen grandes ventajas, como me lo ha demostrado una repetida experiencia. Conviene, en mi juicio, dar el paregórico algo más temprano que en otros casos suele hacerse, pues es frecuente observar en las viruelas de mal carácter una especie de paroxismo de calor que sobreviene al enfermo, por la tarde generalmente, con inquietud, ansiedad y otros síntomas que hasta cierto punto podrian precaverse tomando el paregórico á las seis ó las siete.

Acompañando la diarrea á las viruelas confluentes, en los niños con no ménos seguridad que en los adultos el tialismo, y producidas una y otra evacuacion por la naturaleza para, segun dijimos ántes, lograr en todos los casos la eliminacion de la materia morbosa, así como en los unos

num injicio, cum utrumque ex æquo sit absurdum. Male locata interim imprudentium aliquot mulierularum opera insistenda hujusmodi diarrhoea, multa in fantium millia letho dedit, dum falso secum reputant, diarrhoeam, par in hac variolarum specie atque in distincta discrimen apportare; nesciæ scilicet illic tantum officere diarrhoeam, ubi per pustulas fit evacuatio, hic vero naturæ opus illam esse, morbo effugium quærentis. Missa itaque diarrhoea, naturæ ex præcepto divini senis, quo cœpi pede pergo, in cunis ut nunc jaceant infantes, ut nunc istinc auferantur, consulto; et si fuerint ablactati, eamdem, quam superius adultis, diætam istis concedo.

Ultimis morbi diebus, cum facies ob pustulas crustosas, duras, aridasque fermeriget, eamdem oleo amigdalorum dulcium inungo persæpe, tum ad mitigandum dolorem à rigiditate ortum, tum ut effluvia calidiora liberius, exhalent.

Facies cicatricibus deturpetur nihil quicquam molior; cum olea, linimenta, etc., id tantum agant quo tardius evanescant albi isti furfures, quibus se invicem pellentibus excipientibusque, postquam æger jam lecto surrexit ac mediocriter valet, paulatim succedunt foede illæ cicatrices. Sed ab his non valde metuendum est ægro, ubi ob regimen moderatius pustulæ minus exacerbatæ nullam qualitatem causticam contraxere.

no detengo el tialismo, tampoco en los otros la diarrea, pues ambas cosas serian igualmente absurdas. El fatal empeño de algunas mujerzuelas imprudentes en contener semejante diarrea, ha causado la muerte á muchos miles de niños, creyendo equivocadamente que la diarrea es igualmente peligrosa en esta especie de viruelas que en las discretas, y desconociendo quesolamente es perjudicial en éstas, porque en ellas la evacuacion se hace por las pústulas, mientras que en las confluentes es una obra de la naturaleza, buscando medio de sacudirse de la enfermedad. Abandonando, pues, la diarrea á la naturaleza, segun el precepto de Hipócrates, continúo el tratamiento á mi manera, disponiendo, ora mantener acostado al niño en la cuna, ora levantarle de ella; y si hubieren sido destetados, les prescribo la misma dieta que más arriba he señalado para los adultos.

En los últimos dias de la enfermedad, cuando las pústulas costrosas, duras y secas ponen rígida la cara, la unto á menudo con aceite de almendras dulces, tanto para mitigar el dolor nacido de la rigidez, quanto para que se exhale con más facilidad los efluvios más cálidos.

Para evitar la desfiguracion de la cara por las cicatrices, no hago absolutamente nada, pues los aceites, linimentos, etc., sólo sirven para que tarden más en desprenderse las escamas blancas, que, sucediéndose unas á otras, van seguidas poco á poco despues que el enfermo se ha levantado de la cama y se halla mejor de aquellas horribles cicatrices. Esto no obstante, no debe dar gran cuidado al enfermo, siempre que habiendo observado un régimen moderado y no habiendo exacerbado las pústulas, no hayan contraido una índole corrosiva.

Jam vero, licet methodus hæc (si caute scilicet, ac prudenter circumstantiis particularibus accommodetur) prædicta illa à natura abhorrentia atque periculosa symptomata præoccupet, et securum atque perbenignum morbum reddat, à quacumque tamen causa extorta sint hæc, me nondum accersito, necesse habeo in aliquibus, quæ hic subnectam, alia via insistere, eadem ut submoveam atque debellem.

In primis igitur, si in *discreto* genere ob regimen justo calidius, et continuos sudores, ægri facies die *octavo* non intumescat (pustulis interim satis dense se exerentibus), sed flacida sit, et palleant pustularum interstitia, in casuposito, ultra quod ad temperatum magis regimen, et compescendum sanguinis orgasmum velis remisque contendo, *paregoricum* aliquod medicamentum è vestigio hauriendum præcipio, quod quidem somnum blande conciliando (nisi plus nimio cerebrum incaluerit) et mitigando proinde effrænem sanguinis ferociam, sanguinem una cum calore ad faciem, prout morbi ratio postulat, tempestive determinat. Quod si eo usque processit malum, hac occasione ortum, ut sudor, qui huc usque copiose manavit, sponte sua defecerit, æger phrenitide corripiatur, de vehementi queratur ægritudine, urinam paucam at frequenter reddat; jam non aliis auxiliis (cum in propinquo mors sit) ægro subveniri posse autumno, quam vel narcotica affatim exhibendo, vel sanguinem liberaliter extrahendo, corpusque auræ exponendo. Et profecto haud ita temerarium, atque absurdum videbitur, quod jam proposui, si ad illos animum advertamus, qui ob copiosas narium hæmorrhagias subito ingruentes, ferreas imminenti lethi manus, salvi evasere. Illud insuper est perpendendum,

Mas aunque este método, acomodado con precaucion y prudencia á las circunstancias particulares, puede prevenir los referidos inconvenientes y temibles síntomas, y hacer la enfermedad nada peligrosa y muy benigna, no obstante, una vez producidos por una causa cualquiera ántes de haber sido llamado, me obligan en algunos casos, que trascribiré aquí, á seguir otro camino para removerlos y combatirlos.

En primer lugar, si en las viruelas discretas y á consecuencia de un régimen más excitante de lo justo, y por la insistencia de los sudores, no se entumece el dia ocho la cara del enfermo á pesar de ser abundante el brote de pústulas, sino que está flácida y pálidos los intersticios de las pústulas, en tal caso, además de prescribir un régimen más templado y tratar de reprimir con todos los medios posibles el orgasmo de la sangre, mando tomar un medicamento paregórico que, conciliando suavemente el sueño (á no haberse excitado demasiado el cerebro) y mitigando, por tanto, la desenfrenada impetuosidad de la sangre, dirige ésta, juntamente con el calor, á la cara, segun lo exige la naturaleza de la enfermedad. Y si el mal nacido de aquella causa ha adquirido tales proporciones que el sudor que hasta entonces fluiera copiosamente se retira de una manera espontánea y el enfermo es acometido de delirio, se queja de un intenso malestar y orina poco y á menudo, no creo poder socorrer ya al enfermo con otros auxilios, hallándose tan próximo á la muerte, que con los narcóticos á altas dosis, ó con sangrias copiosas, y exponiéndole á la accion del aire. Y en verdad que no parecerá muy temerario é irracional lo propuesto al que fije la atencion en aquellos que, ata-

quod in extremo hoc agone non idcirco instat mors, quod pustulae intro recedant (extant enim haec eminentique cum insigne rubore, etiam animam agente aegro), sed quod facies non turgescat; ad promovendam vero hanc faciei intumescenciam, quicquid id demum est, quod ad sanguinem contemperandum facit (venae sectionem autem et modicam refrigerationem eam vim obtinere nemo, opinor, negaverit) necessario aequè ac paregoricum usus atque ob easdem plane rationes, debet conferre.

Non haec velim intelligi, ac si in qualibet *phrenitide*, variolis superveniente (cum nullum hic symptoma frequentius occurrat) venae sectionem statim suaderem, sed in illa tantum, quae ideo accidit, quia facies non turgescit, in distincto scilicet genere et pustulis copia satis magna comparentibus; vel ubi ob regimen admodum calidum, et cardiacorum usum, sanguis adeo efferus est, atque ultra omnem modum ejectus, ut inducias ferre nequeat, donec medicamentis *paregoricis*, et reliquis eodem facientibus, ad debitam temperiem reduci possit. Cum enim ita se res habent, medicus ad conscientiam suam potius, quam ad incertam famam se componens, vel sanguinem, ut ante dictum, detrahere debet, vel ut aeger aere liberiori refocilletur, praecipere, quod ut satis efficeretur, saepe mihi visum est in tali agone phrenetico ut aeger lecto aliquantisper exurgeret, quo facto plures à morte liberavi. Praeter ista vero, quae oculis ipsis usurpavi, immunera sunt illorum exempla, qui his modis quasi orei faucibus erepti sunt. *Phrenetico-*

cados repentinamente de abundantes epistasis, escaparon ilesos de las férreas manos de la muerte. Debe además tenerse en cuenta que en semejantes casos no sobreviene la muerte, porque las pústulas se retiren al interior (pues subsisten y sobresalen éstas notablemente enrojecidas, aun en el momento mismo de espirar el enfermo), sino porque la cara no está entumecida: para promover, pues, esta intumescencia de la cara debe aprovechar necesariamente, é igualmente y por las mismas razones que el uso de los paregóricos, todo lo que pueda servir para atemperar la sangre, y nadie creo negará esta virtud á la sangría y á la refrigeración moderada.

No quisiera que por esto se entienda que aconsejo la sangría para todo delirio que sobreviene en las viruelas (síntoma que es el más frecuente de todos), sino sólo en aquel que acaece, por no hincharse la cara en las discretas, y cuando ha aparecido suficiente número de pústulas, ó cuando por un régimen muy cálido y el uso de los cardiacos la sangre está excitada y removida en tal grado, que no puede esperarse á que los medicamentos paregóricos y demás que obran de igual manera, pudieran reducirla á su estado conveniente. Cuando tal sucede, el médico, atento más á su conciencia que á su reputación, debe, ó mandar sangrar al enfermo del modo ántes dicho, ó disponer que se le refresque exponiéndole al aire libre, para realizar lo cual me ha parecido bastar en muchos casos que el enfermo se levante algo de la cama, y de este modo he librado á muchos de la muerte. Además de los casos que he visto con mis propios ojos, son innumerables los ejemplos de los que de esta manera han sido como arrancados de las garras de la muerte. Al-

rum enim nonnulli nutricum curam fallentes (miris scilicet artibus utuntur homines ita affecti) atque è lecto dilapsi aeris frigori semetipsos etiam noctu exposuerunt. Alii frigidam vel furtim, vel raptim nacti, vel etiam precibus à nutrice emendicatum hauerunt, adeoque felici errore salutem jam plane desperatam consecuti sunt.

Unicam hic loci historiam adscribere non gravabor, quam ab eo ipso accepi, cujus res agebatur. Is nempe *Bristolium* profectus, juvenis adhuc, inque ipso ætatis flore, circa mediam ætatis variolis correptus est, iisque paulo post phrenitis accessit. Nutrix in urbem ingressa, interim ægrum suum aliorum curæ commisit, mox nempe reditura. Verum dum paulo diutius moratur, ægrotus (ut astantibus visum est) interea moritur. Astantes, et anni tempestatis, et habitus ægri era ssi scilicet atque corpulenti, rationem habentes, ne oleret cadaver, è lecto sublatum ac nudum mensæ imponunt, linteo superstrato. Nutrix tandem rediens, accepto nuncio, cameram intrat tristissimo spectaculo interfutura; mox amoto linteo, vultuque conspecto, suboscura quædam vitæ indicia conspiciari sibi visa est, ac proinde statim projectum corpus in lectum reposuit adeoque sub manu consilium capiens, ac nescio quid satagens, ægrum suum in vitam revocavit, atque diebus aliquot interpositis sanum conspexit.

Sed ut ad propositum revertar; proximo loco, si in variolis *confluentibus* saliva eo usque excocta sit et

gunos delirantes, en efecto, burlando la vigilancia de las mujeres encargadas de su cuidado (pues tales individuos se valen de ingeniosísimas manas) y escapándose de la cama, se han expuesto aún de noche al frío de la atmósfera: otros, habiéndose apoderado furtivamente de agua fría, ó habiéndola logrado á fuerza de ruegos de su asistenta, la bebieron, consiguiendo así, por un feliz error, la salud, ya por completo desesperada.

No será inoportuno trascribir aquí una historia que he oído del mismo sujeto de ella. Habiendo ido este individuo á Bristol, siendo todavía joven y hallándose en la flor de su edad, fué atacado de viruelas á mediados del estío, y poco despues se presentó el delirio. Teniendo que marchar á la ciudad la mujer que le asistia, encomendó su enfermo al cuidado de otros miéntras volvía. Mas deteniéndose algun tiempo, llegó el caso de que los asistentes creyeron que habia muerto el enfermo. Los asistentes, teniendo en cuenta la estacion del año y la complexion robusta y corpulenta del enfermo, y con objeto de que no oliera el cadáver, le sacaron de la cama, colocándole sobre una mesa desnudo y cubierto sólo con un lienzo. Cuando la mujer volvió, despues de recibido aviso de lo ocurrido, entró en la habitacion en que habia de presenciar tan tristísimo espectáculo, y luégo, levandole el lienzo y mirando la cara del enfermo, creyó advertir algunos oscuros indicios de vida, lo que la indujo á volver al lecho el tendido cuerpo, y tomando al punto una resolucion, y merced á no sé qué artificio, volvió á la vida á su enfermo, y pasados algunos dias le vió sano.

Pero, volviendo á mi objeto, cuando en las viruelas confluentes la saliva se ha cocido y espesado por el prece-

viscida ob calorem præcedentem, ut tantum non suffocetur æger (quod undecimo, ut supra diximus, die non insolens est), *gargarisma* necessario in usum trahatur, et ut sæpe die nocteque siringa in fauces sedulo injiciatur, serio imperandum. Componatur vero illud è cerevisia tenui, vel aqua hordei, cum melle rosarum. Vel sequens usurpari poterit: *Recipe: Corticis ulmi, drachmas sex. — Radicis glycyrrhizæ, unciam semis. — Passularum, enucleatarum, numero viginti. — Coque si q. aquæ ad libram semis. — Colatura dissolve. — Oximellis simplicis et mellis rosatæ, ana, uncias duas. — Misce: fiat gargarisma.* Quod si æger rite fuerit tractatus, *ptyalismus* etiam cum jam ceperit imminui, ita pulchre suo fungetur munere, ut hoc remedio opus non fuerit. Et profecto ubi eo res rediit, ut æger singulis momentis à suffocatione periclitetur, stupore obtusus, et spiritu fere undequaque præcluso, non satis tuto huic remedio fiditur. Ægro ita ad incitas redacto *emeticum* per opportune ac feliciter nonnunquam exhibui ex *infusione croci metallorum*, sed dosi paulè majori, scilicet ad sesquiantiam quando, ob eximiam, qua laborat æger, stupiditatem, minor dosis haudquaquam operabitur, atque interim eos exagitando humores, quos nequeat educere, ægrum in magnum vitæ discrimen conjiciet. Sed neque huic remedio satis fidere possumus, atqui (quod vere dolendum) aliud adhuc certius desideratur ad truculentissimum hoc symptoma debellandum, quod solum ac suo Marte eos fere omnes jugulat, quotquot in hac variolarum specie *die undecimo* intereunt.

dente calor, hasta el punto de que amenace sofocar al enfermo (cosa que como ántes dijimos suele ocurrir el día once), es absolutamente necesario recurrir al uso de gargarismos, y disponer que se inyecten cuidadosamente y á menudo día y noche en las fauces con una jeringa. El gargarismo se compondrá de cerveza suave ó agua de cebada con miel rosada. Tambien podria usarse el siguiente: *Recipe. — De corteza de olmo, seis dracmas. — De raíz de regaliz, media onza. — Pasas desgranadas, veinte. — De rosas rojas, dos puñados. — Cuézanse en cantidad suficiente de agua para obtener libra y media. Disuélvase despues de colado, oximiel simple y miel rosada, de cada cosa dos onzas. Mézclese: hágase gargarismo.* Mas si el enfermo hubiere sido bien tratado, aunque el tjalismo hubiera empezado á disminuir, llenará su objeto tan perfectamente, que no habrá necesidad de este remedio. Y en verdad que cuando llega el extremo de que el enfermo se siente ahogar á cada momento, agobiado por el estupor é impedida casi por completo la respiracion, no se puede confiar mucho en él. En algunos casos en que habian llegado á este punto las cosas, he empleado con buen resultado y feliz éxito un emético de la infusion de azafran metálico, pero en dosis algo crecida, esto es, hasta de onza y media, pues que por el excesivo estupor del enfermo una dosis menor no surtiria el efecto apesecido, mientras que pondria á aquél en gran peligro de muerte removiendo los humores que no puede expulsar. Pero ni en este remedio podemos confiar, aunque (y es bien de sentir) no tenemos otro más seguro para combatir este terrible sintoma, que sólo por sí mismo mata á casi todos los que

Cætera quæ in hoc morbo accidunt symptomata, ut præcaverentur ope regiminis moderati, ita ab eodem pleraque etiam tolluntur; exempli gratia, ut phrenesis ante dicta, à nimia cerebri excafeactione prognata, sanguine quovis modo paululum ventilando curatur, eadem methodo et comati (quod alteri contrarium prorsus videtur symptoma, et ab obstructione corticis cerebri fit, dum halitus calidiores à sanguine regiminis ac medicamentorum calidorum usu attenuato, magna còpia ac vi illic impelluntur) facile occurritur.

Eadem hac sanguinis contemperacione et maculas purpureas vidi sublatas. Sed neque hac, neque alia methodo quacumque, vel mictum sanguinis, vel violentam ejusdem è pulmonibus eruptionem adhuc sufflaminare potui; utraque verò hæmorrhagia hæc, quatenus mihi hæcenus observare licuit, indubie mortem prænuñciat.

In urince suppressione, quæ juniores ac vegetos nonnunquam incessit (à confusione scilicet magna et spirituum ataxia, ejusdem excretioni subservientium, ob sanguinem et humores nimio fervore agitados) omnes diureticorum tribus in auxilium accersivi, sed nihil æque feliciter hæc mihi cessit atque è lecto eximere ægrum, qui postquam adstantium manibus suffultus cubiculum bis terve circumambulaverit, mox urinam satis copiose reddet, haud parvò cum levamine. Testes hic possim compellare medicos quosdam è familiaribus meis, qui in hoc casu ex meo consilio idem fieri præceperunt, neque eos fefellit eventus.

mueren en el dia once de esta clase de viruelas.

Los demás síntomas que ocurren en esta enfermedad, así como se precaven á beneficio de un régimen moderado, así tambien en su mayor parte se curan con este mismo; y como el delirio antedicho, por ejemplo, dependiente de una calefaccion excesiva del cerebro, se cura refrescando algun tanto la sangre de un modo cualquiera, de igual manera se ocurre tambien fácilmente al coma, que parece completamente contrario á aquél y se produce por la obstruccion de la sustancia cortical del cerebro, cuando, atenuada la sangre por el uso de un régimen y medicamentos cálidos, envia á aquél en gran cantidad y con fuerza vapores inflamados.

Con esta misma atemperacion de la sangre, he visto desaparecer las manchas purpúreas; pero ni con este método ni con otro alguno he podido hasta ahora contener la micion de sangre ni la expulsion violenta de este líquido del pecho; estas dos hemorragias, segun lo que hasta aquí me ha sido dado observar, anuncian la muerte de una manera segura.

En la supresion de orina, que ocurre algunas veces á los individuos jóvenes y vigorosos, y que es debida á una profunda turbacion y ataxia de los espíritus que presiden á esta excrecion, dependiente á su vez de la agitacion excesiva de la sangre y de los humores, he empleado toda clase de diuréticos; pero nada me probó tan felizmente como sacar de la cama al enfermo, que despues de haber dado dos ó tres vueltas á la alcoba, apoyado en las manos de los asistentes, orinaba luégo copiosamente, con no poco alivio. Podria presentar como testigos de esto á algunos médicos amigos míos, que en casos semejantes han ordenado, siguiendo mi

At vero quæ à materia variolosæ repercussione ob frigus extremum, vel evacuationes indebite factas, proveniunt symptomata, usu cardiacorum et conformi regimine sunt tollenda, qui tamen non ultra spatium, quo ista perstant, continuandus. Horum præcipua sunt pustularum depressio seu procidentia, et diarrhæa in variolis *discretis*. Neque enim in *confluentibus* vel pustularum depressio mali quicquam ominatur, cum ea sit morbi natura; neque diarrhœa infantium iisdem laborantium, cum salutem ista adferat, non periculum. In utroque hoc casu potio cardiaca ex *aquis stillatiis* appropriatis, cum *diascordio*, *laudano liquido*, etc., jure optimo concedetur, idque non tantum ad dicta symptomata submovenda, sed quolibet morbi tempore, si æger de cordis dolore atque ægitudine conquerratur. Sed ut verum loquamur symptomata hujus generis oppido rara sunt, si cum illis conferantur, quæ extremorum alteri, exitiabili magis, licet minus culpato, debentur. Et quidem opinor, tumorem illum, qui de crebra pustularum retrocessione invaluit, ex eo natum esse, quod qui eandem depræssionem in genere *confluentium* observaverint, illam pro materia variolosæ ob susceptum frigus recessu habuerint, cum nihil sit hic præter morbi morem. Atque in genere distincto idem suspicantur, quia scilicet pustularum eruptionem atque augmentum ante diem expectant cum non satis attenderint ad tempus illud, quo natura fructum hunc ad maturitatem solet perducere.

Ægro jam convalescente pustu-

consejo, hacer esto mismo, sin que el resultado se desmintiera.

En cuanto á los síntomas que provienen de la repercusion de la materia variolosa por un frio extremo ó por evacuaciones hechas inoportunamente, deben combatirse con el uso de los cardiacos y un régimen adecuado, que sin embargo no ha de continuarse más tiempo del que subsistan. Los principales de éstos son la depresion ó proidencia de las pústulas, y la diarrea en las viruelas discretas. En las confluentes, ni la depresion de las pústulas anuncia mal alguno, pues la lleva consigo naturalmente la enfermedad, ni tampoco en los niños la diarrea, que es mensajera de la curacion, no de peligro. En entrambos casos se emplea con el mejor éxito una pocion cardiaca de aguas destiladas apropiadas con diascordio, láudano líquido, etc.; y esto no sólo para combatir tales síntomas, sino en cualquiera época de la enfermedad en que el enfermo se queje de dolor de corazon y angustia. Pero, á decir verdad, estos síntomas son raros en la práctica, en comparacion con los que son debidos al extremo contrario, más temible, aunque ménos culpado. Y tengo para mí que el gran temor que se tiene á la repentina retropulsion de las pústulas es debido á que los que habian observado la depresion de las mismas en las confluentes, la tomaron por un retroceso de la materia morbosa, á consecuencia de un enfriamiento, á pesar de no haber en esto nada que no sea propio de la enfermedad; y sospechan esto mismo en las discretas, porque no habiendo observado convenientemente la época en que la naturaleza suele concluir la maturacion de las pústulas, esperan su erupcion y aumento ántes de tiempo.

Convaleciente ya el enfermo y cai-

lisque deciduis, ubi per dies aliquot carnes idem degustaverit, circa diem nempe *primum et vicissimum*, sanguinem à brachio extrahendum censeo, si morbus fuerit vehementior; cum inflammatio, quam sanguini impreserunt variolæ, sive adultus fuerit æger, sive infans, non minus venæ sectionem indicet, quam colluvies, quæ eidem accrevit, catharsin: quod satis liquet, tum à sanguinis colores, qui post atrociorém morbum educitur, pleuriticorum sanguine omnino similis, tum etiam à magnis istis inflammationibus, quæ post morbum hunc in oculis decumbunt, aliisque diris sanguinis excalefacti et à morbo depravatis effectibus, unde etiam, qui antea pancreatico valebant, postea cum humoribus calidis acerbisque in pulmones, aut aliam aliquam partem depluentibus, per reliquam vitam omnem configunt. At si pauciores extiterint pustulæ phlebotomia non opus erit. Post venæ sectionem catharticum exhibeo ad tres vel quatuor vices.

Ad hæc, ægro à *confluentibus* variolis jam diu liberato, et è lecto quotidie surgenti nonnunquam accidit *crurum tumor* ferus ac molestus; qui tamen vel sponte successit post venæ sectionem et catharsin vel usu herbarum emolientium ac discutientium (quales sunt *malvæ, foliâ verbasci, sambuci, lauri, cum floribus, chamomille et meliloti*), in lacte coctarum, facile fugatur. Atque hæc de historia variolarum, quæ hosce annos grassatæ sunt, quas, ut ab aliis speciebus, quæ insectatæ sunt, dirimam, *legitimas* appellare libuit.

das las pústulas, luego que lleva aquél algunos dias comiendo carne, esto es, hácia el vigésimoprimeró de la enfermedad, creo deber sangrarle del brazo cuando la enfermedad ha sido bastante intensa, pues que la inflamacion que han impreso á la sangre las viruelas, ora fuera el enfermo adulto, ora niño, no indica ménos la sangría que los humores acumulados en ella la purgacion: esto lo demuestran suficientemente, tanto el color de la sangre que se saca despues de esta enfermedad, cuando ha sido intensa, semejante en un todo al de la sangre de los pleuríticos, cuanto las violentas inflamaciones que despues de está enfermedad se presentan en los ojos, y otros funestos efectos de la sangre inflamada y alterada por la enfermedad, merced á los cuales personas que antes vivian perfectamente, luchan despues el resto de su vida con humores calidos y acres, que se depositan en el pulmon ó en cualquiera otra parte. Cuando, empero, han sido pocas las pústulas, no será necesaria la sangría. Despues de la sangría doy un purgante hasta tres ó cuatro veces.

Además de esto, sucede en ocasiones que, bastante tiempo despues de curado el enfermo de las viruelas confluentes, y cuando ya se levanta todos los dias de la cama, aparece en las piernas una tumefacion rebelde é incómoda, que no obstante, ó desaparece espontáneamente despues de la sangría y purga, ó se cura fácilmente con el uso de yerbas emolientes y resolutivas, cuales son las malvas, hojas de gordolobo, saúco, laurel y las flores de manzanilla y meliloto cocidas en leche. Esto es lo que tenía que decir acerca de la historia de las viruelas que existieron en estos años, y á que, para distin-

guirlas de otras especies que siguieron, he dado el nombre de legítimas.

CAPÍTULO III.

Fiebre continua de los años 1667 y 68 y parte del 69.

Jam ut de febre illa dicam, quæ durante variolosa hac constitutione dominabatur, et cum variolis ingressa stetit cum iisdem, ceciditque. Ita se hic res habuit; doluit æger in regione, quæ cordis serobiculo subjicitur, nec sustinuit, ut manu illa premeretur; quod quidem symptoma non memini me observasse in alio morbo præter hanc febrem, et hanc speciem variolarum. Capitis dolor, et calor fortius corporis, ut etiam pelecchie satis manifesto indicio se prodebant. Sitis interim non urgebat. Lingua sanorum similis non raro comparuit, nisi quod quandoque albida, sicca rarissime, nunquam vero nigra. Æger in spontaneos eosque effusissimos sudores ab initio morbi solvebatur, sed cum nullo levamine; quinimo ubi calidioribus medicamentis et regimine provocabantur isti, periculum erat, ne mox phrenitide corripereferur. Petechiarum insuper numerus augebatur, atque alia symptomata adhuc efferebantur omnia. Urinæ separatio quæ satis videbatur laudabilis vel ab initio spem faciebat salutis; neque tamen æger magis exinde in melius proficiebat, quam post diaphoresim de qua prius diximus. Si minus recte traciaretur hic morbus, diutissime protraheretur plerumque; neque crisi aliqua facta, nec sponte more aliarum febrium desinens, sed vehementibus symptomatis miserum excrucians ad septimanas sex vel octo, nisi mors intercederet. *Ptyalismus*

dalarum dulcium, uncias duas.—*Syrupi violarum et capillorum veneris, ana, unciam.*—*Sacchari candidi albi, q. s.*—*Misce; fiat eclegma, de quo sæpius lambat, præcipue quando tussis urget.*—*Recipe.*—*Aque cerasorum nigrorum, uncias tres.*—*Syrupi de meconio, unciam.*—*Misce; fiat haustus, sumendus singulis noctibus.* Si vero infans fuerat æger minuenda erat tam pectoralium, quam narcotici dosis pro ratione, scilicet ætatis.

Rarissime perit qui hoc utitur regimine, nec præter necessaria atque inevitabilia morbi symptomata, novis insuper malis atteritur. Tussis præ reliquis fatigat; à qua tamen nihil est periculi nisi morbo jam prætergresso; cumque adhuc per septimanam unam aut alteram persistat, auræ liberioris usu, ac remediis pectori dicatis haud difficulter fugatur; quinimo sponte sua, et paulatim decrecit et tandem fatiscit.

Si autem æger à cardiacorum, vel regiminis justo calidiorum usu, post eorum discessum (quod valde est familiare) febre vehementi atque dyspnæa aliisque accidentibus, qualia *peripneumonicos* solent affligere, in vitæ discrimen adducatur, felicissimo semper eventu vel tenerrimorum infantum venas in brachio secui, educta ea sanguinis quantitate, quam ætas viresque indicarent. Quandoque etiam, urgente morbo, phlebotomiam iterare, haud sum veritus. Profecto haud paucos infantes hoc statim symptomate enecandos, bene-

media.—*Jarabe de violetas y culantrillo, de cada cosa onza y media.*—*Mézclese y hágase apocema.* Tómen-se tres ó cuatro onzas, tres ó cuatro veces al dia. *Récipe.*—*Aceite de almendras dulces, dos onzas.*—*Jarabe de violetas y culantrillo, de cada cosa una onza.*—*Azúcar cande, cantidad suficiente.*—*Mézclese: hágase lamedor, del que se chupará á menudo, principalmente cuando atormenta la tos.* *Récipe.*—*Agua de cerezas negras, tres onzas.*—*Jarabe de meconio, una onza.*—*Mézclese y hágase pocion para tomar todas las noches.* Si el enfermo fuera niño, debe disminuirse la dosis, tanto de los pectorales como del narcótico, segun la edad.

Rarísima vez perece el que usa de este régimen, ni, fuera de los necesarios é inevitables síntomas de la enfermedad, es atormentado por otros accidentes. La tos es la más molesta de todos ellos, sin que ningun peligro se siga no obstante de ella, si no es despues de terminada ya la enfermedad; y aún cuando persista todavía una ó dos semanas, se cura fácilmente con el aire libre y el uso de los remedios pectorales; tambien suele decrecer espontánea y paulatinamente, y al fin desaparece.

Mas cuando, ó por el uso de los cardiacos ó de un régimen más excitante de lo conveniente, llegaba á peligrar la vida del enfermo despues de la desaparicion del sarampion (cosa que es muy comun), por la aparicion de una fiebre intensa, disnea y otros accidentes semejantes á los que suelen presentarse en los pulmoniacos, recurria á la sangría del brazo aún en los más tiernos niños, y siempre con feliz éxito, sacando la cantidad de sangre indicada por las fuerzas y la edad. Tampoco temí en ocasiones, y cuándo el caso era urgente, repetir la

dicente summo Numine, misso sanguine eripui. Infantibus autem accidit illud post morbillorum recessum, quibus ita est exitiale, ut inter præcipuos *parcarum* ministros jure habeatur, plures jugulans, quam vel ipsæ variolæ; nec dum mihi visus est, qui certa alia methodo eidem potuit occurrere. Quin et diarrhœa quam morbillos excipere diximus, venæsectione pariter sanatur; cum enim halitibus inflammati sanguinis in intestina ruentibus ortum suum debeat (quod etiam in pleuritide, peripneumonia, aliisque qui ab inflammatione creantur, morbis usu venit) à quibus illa ad excretionem stimulantur, sola venæ sectio levamen adferet à qua tum revelluntur acres isti humores, tum etiam sanguis ad debitam redigitur temperiem.

Neque est, cur quis miretur, me in teneris infantibus venæsectionem instituendam suadere, cum sanguis, quantum ego hactenus potuerim observare, haud minus tuto ex eorum venis, quam ex adultorum extrahatur. Et profecto ita est illa necessaria, ut nec symptomati memorato, nec aliis quibusdam quæ infantibus accidere solent, omissa phlebotomia certo mederi valeamus. Exempli gratia: quò pacto puerorum dentitionum convulsionibus, quæ nono *decimoque* mense superveniunt (cum gingivarum intumescencia doloreque, à quibus comprimuntur nervi atque irritantur, unde etiam paroxysmi isti nascuntur) sine venæsectione opem feremus? Quæ sola in dicto affectu specificis quibuscumque, vel decantatissimis, quæ hactenus innotuere, longe est anteferenda; quorum nonnulla adventitio calore

sangría. Y en verdad que logré salvar, con ayuda de Dios y por medio de la sangría, á muchos niños próximos á sucumbir por este accidente. Esta pulmonía ocurre en los niños despues de la retirada del sarampion, siendo en ellos tan grave, que es tenida justamente por uno de los instrumentos principales de la muerte, matando más que las mismas viruelas, y sin que hasta ahora haya visto que nadie pueda curarla con seguridad de ninguna otra manera. La diarrrea que dijimos sucede al sarampion, se cura igualmente con la sangría, pues debiendo su origen al aflujo á los intestinos de las partículas de la sangre inflamada (lo que también sucede en la pleuresía, pulmonía y demás enfermedades inflamatorias) que los estimulan á evacuarlas, sólo la sangría puede proporcionar algun alivio reveliendo estos humores acres y volviendo á la sangre á su temple debido.

Ni hay por qué nadie se admire de que aconseje sangrar á los niños pequeños, como quiera que en cuanto hasta ahora he podido observar no se saca con ménos ventaja sangre de sus venas que de las de los adultos. Y es ciertamente ésta tan necesaria en ellos, que ni el dicho síntoma ni algunos otros que suelen ocurrir á los niños, nos es posible curar con seguridad, si se prescindie de la sangría. ¿Cómo curar, por ejemplo, sin la sangría las convulsiones de la denticion que sobrevienen en el noveno ó décimo mes, acompañadas de tumefacciones y dolor de las encías que, comprimiendo é irritando los nervios, determinan estos ataques? Ella por sí sola es muy preferible en dicha afeccion á cualesquiera de los específicos aún más decantados que hasta ahora se conocen, algunos de los cuales perjudican también determinan-

nocent etiam, et dum occulta aliqua proprietate morbo adversari creduntur, manifesto calore eidem militant, atque ægrum ad plures deducunt. Præterea impræsentiarum ingens illud solatium, quod adfert venæsectio infantum *pertussi* (quam nostrates vocant *hooping cough*) in qua remedia quælibet pectori dicata post se linquit intervallo.

Quod de horum symptomatum morbillis decedentibus supervenientium, curatione jam diximus, nonnumquam etiam eisdem florentibus potest competere, si nimirum artificiali, si fas est dicere, atque adscititio calori ea debeantur. Hoc anno 1670 famulam Dominiæ *Annæ Barington* hoc morbo laborantem, una cum febre, dyspnæa, maculisque purpureis corpus omne deturpantibus, aliisque symptomatibus quamplurimis periculosissimis, medicus invisebam; cum regimine et medicamentis quæ satis multa usurpaverat, calidioribus ista omnia tribuerem, sanguinem à brachio extrahendum curavi, et ptisanam pectoralem atque refrigerantem sæpe assumendam præscripsi, quorum ope, et regiminis simul temperatioris, et maculæ, atque alia omnia symptomata pedentim evanescebant.

Hicce morbus mense Januario, ut dictum est, natus ad æquinocinium usque vernali crescebat in dies, à quo tempore imminuta paulatim vi, sequenti Julio plane desiit; nec est reversus per omnes annos, quibus hæc constitutio dominabatur, nisi quod in sequenti vere, nonnullibi, licet rarius, se ostenderet. De *morbillis* hæc dicta sunt.

do un calor extraño, y en vez de oponerse á la enfermedad, como se cree, por alguna cualidad oculta, la favorecen con la produccion del calor y ocasionan la muerte al enfermo. Paso por alto ahora el notable alivio que la sangría proporciona en la coqueluche de los niños, y que en nuestra patria llaman *Hooping-Cough*, en la que deja muy atrás á todos los remedios pectorales.

Lo que hemos dicho de la curacion de estos síntomas que sobrevienen en la declinacion del sarampion, puede tambien aplicarse en algunos casos á este en todo su vigor, cuando es debido á un calor artificial, si es permitido decirlo así, y añadido. En este año de 1670 visité á una criada de la señora Ana Barington, que padecia esta enfermedad, acompañada de fiebre, disnea, manchas rojas que desfiguraban todo el cuerpo y otros muchos síntomas peligrosísimos; y atribuyéndolos todos ellos al régimen y medicamentos cálidos de que habia hecho un uso excesivo, mandé sangrarla del brazo y la prescribí una tisana pectoral para tomar á menudo, á beneficio de lo que, y de un régimen al propio tiempo más templado, se disiparon poco á poco las manchas y los demás síntomas.

Esta enfermedad, nacida, como se ha dicho, en el mes de Enero, aumentó de día en día hasta el equinoccio primaveral, desde cuya época fué perdiendo paulatinamente su energía, y desapareció completamente en el siguiente Julio, sin volver en los restantes años en que dominó esta constitucion, fuera de haber aparecido algun caso en la siguiente primavera, aunque raro. Basta con esto acerca del sarampion.

CAPUT VI.

Variolæ anomale, annorum 1670, 71, 72.

Morbilli prædicti (quod jam supra inuimus), *variolarum* speciem ab illa quam propagaverat constitutio præcedens, diversam introducebant, eodem fere cum illis tempore ingredientem, initio scilicet Januarii 1669, 1670, quæ licet non usque adeo epidemica atque ipsi morbili eosdem tamen comitabantur per omne illud tempus quo dominabantur, atque iis etiam fatiscientibus, per residuos hujus constitutionis annos perseverabant, *dysenteriis* nihilominus primas concedebat, sub auspiciis autumnii iisdem faventis atque amicissimi, grassantibus; hyeme vero, *dysenteriis* aliena tempestate pressis, denuo recrudebat hæc, de qua agimus species. Atque hunc servabant ordinem per singulos hujus constitutionis annos, nisi quod postremo quo illa vigeat autumno, anno scilicet 72 (languescente jam ista constitutione, et *dysenterias* jam exolentes segnius promovente) *variolæ* præter solitum hoc quoque tempore grassabantur, atque ita pares *dysenteriis* concurrebant, ut haud facile esset dictu, quis morbus plures occuparet; licet quantum ego conjectando valui, prævalere *dysenteria* adhuc videretur. Quin et hæc etiam *variolæ* ad exemplum epidemicorum aliorum quorumlibet, primo statim insultu atrociores erant, atque in dies increbrescebant, donec ad statum pervenissent, quem semel transgressæ, tum quoad symptomatum vehementiam, tum ægrorum numerum, sensim imminuebantur.

CAPITULO VI.

Viruelas anómalas de los años 1670, 71 y 72.

El anterior sarampion que acabamos de describir, dió entrada á una clase de viruelas diferentes de las que habia determinado la precedente constitucion, que acometieron casi en la misma época que aquel, esto es, á principio de Enero de 1670, las cuáles, aunque no tan epidémicas como el sarampion, le acompañaron, no obstante, todo el tiempo en que dominó, continuando, áun despues de desaparecido éste, los restantes años de esta constitucion, si bien dejaban el predominio á las *dysenterias* durante el otoño, estacion favorita y muy adecuada para esta enfermedad, bien al contrario de lo que sucedia en el invierno, en que, desapareciendo las *dysenterias* por lo inadecuado de la estacion, se recrudecian de nuevo las viruelas de que tratamos. Este orden guardaron en todos los años de esta constitucion, fuera de que en su último otoño, correspondiente al año 72, (debilitada ya esta constitucion y no pudiendo determinar sino con dificultad *dysenterias* modificadas) las viruelas fueron tambien en esta época más numerosas de lo acostumbrado, igualándose de tal modo con las *dysenterias*, que no era fácil decidir cuál de ambas enfermedades atacaba á más personas, aunque, en cuanto yo pude conjeturar, parecia prevalecer todavía la *dysenteria*. Tambien estas viruelas, lo mismo que todas las enfermedades epidémicas, eran más graves al principio y se extendieron más de dia en dia, hasta llegar á su estado, pasado una vez el cual, disminuyeron sensiblemente, tanto por lo que hace á la violencia de los sín-

Sed ut particularia earum phœnomena referamus; haud parum præter opinionem mihi primum comparebat hoc variolarum genus, cum animadverteterem istud quamplurimis phœnomenis insignioribus ab eo differre quod produxerat constitutio præcedens, et in quibus observandis me operam satis sedulam olim collocasse rebar. Hæc tantum earum phœnomena alterius generis phœnomenis dissidentia, impræsentiarum tractabo, prætermissis iis quæ cum variolis ita prolixè supra descriptis habebant communia.

Discretum variolarum genus his tantum à genere *discreto communi* alterius constitutionis, disternitur. Primo, quod cum in iis, quoties erant *interstinctæ*, eruptio diem *quartum* prævertere non soleret, hic in tertium plerumque incidebat, quod *confluentibus* solemne quidem est. Deinde non ad eam magnitudinem procedente morbo, hic assurgebant pustulæ atque in alio genere; magis autem exasperabantur in minore mole, et sub diebus ultimis ubi jam maturuerant nigræ frequentius visabantur. Illud etiam addam, quod nonnunquam licet rarius, ægrum etiam paucissimis notatum pustulis, *ptyalismus*, haud secus atque in confluentibus exerceret. Ex quibus conficitur, distinctas hujus constitutionis variolas, ad confluentium naturam proprius accedere, atque inflammationis magis intensæ esse participes, quam quæ in distincto genere usu venire solent.

Confluentes vero ab aliis quas per alios annos ego observaveram confluentibus, in multis, quæ jam recen-

tomus, quanto al número de enfermos.

Tratando ya de sus fenómenos particulares, esta clase de viruelas es oponia mucho en su principio al juicio que tenia de esta enfermedad, pues advertí que se diferenciaban por muchos fenómenos notables de las que habia producido la constitucion anterior, y en cuya observacion creia haber empleado entónces un trabajo bastante solícito. Expondré aquí solamente estos fenómenos distintos de los de la otra clase, pasando por alto los que las eran comunes con las viruelas arriba descritas tan prolijamente.

Las viruelas discretas sólo se diferenciaban de las discretas de la otra constitucion, en lo siguiente. Primeramente en que miéntras en las pasadas no solia presentarse la erupcion siendo discretas ántes del dia cuarto, en éstas ocurría las más veces en el tercero, lo que es característico de las confluentes. En segundo lugar, las pústulas no alcanzaban en éstas en el curso de la enfermedad tan gran tamaño como las de la otra constitucion; no obstante su menor volúmen, llegaban á mayor grado de inflamacion, y en los últimos dias, cuando ya habian madurado, aparecian negras con bastante frecuencia: añadiré tambien que algunas veces, aunque raras, aún siendo pocas las pústulas, se presentaba el tialismo, no de otro modo que como si el enfermo estuviera padeciendo las confluentes. De todo esto se deduce que las viruelas discretas de esta constitucion se aproximaban mucho por su naturaleza á las viruelas confluentes, y que su inflamacion era más intensa que la que suele sobrevenir en la clase de las discretas.

Por lo que hace á las confluentes, se diferenciaban, por muchos aspectos que voy á recorrer, de las confluen-

sebo, discrepabant. Nunc secundo, nunc tertio die se primum monstrabant, specie tumoris subrubri, atque uniformis, vultum omnem contegentis, erysipelate, quidem densioris, nullo fere visibili pustularum discrimine; reliquum corpus congeries quædam (ceu panni-latiores) ex infinitis propemodum pustulis rubris effertis in unam conflatae variegabant, inter quas sparsæ, in femoribus præcipue, vesiculæ quædam satis conspicuæ, ambustorum ad instar sero limpidiore distentæ eminebant, quod quidem disrupta subinde pellicula copiose effluebat, subjecta carne nigredine et sphacelo quasi affecta. Rarius autem occurrebat hoc amicum symptomata, idque primo tantum mensis quo hæc species regnabat: quo tempore inter alios ita male multatos, ineunte Januario 1669, 1670 accersiri me curavit vir probus, nomine *Collins*, Zythepa in parochia *S. Egidii*, cujus filius adhuc infans vesiculas habuit in femoribus juglandem nucem exequantibus, sero limpidiore repletas: quibus disruptis substrata caro quasi mortificata omnino comparebat, atque non ita diu post æger, satis concessit; quæ et eorum omnium sors fuit, quos hoc tan funesto symptomate correptos vidi unquam. Die undecimo circiter, pellicula alba resplendens tumore subrubro, variis faciei partibus, et paulatim vultui omni obducta est. Pellicula hæc alba brevi post materiam quandam crustosam splendens eructabat, colore quidem neque flavo, neque fusco (qui duo in aliis variolarum speciebus reperiuntur), sed rubro saturato, concretum sanguinem imitante, qui maturescente pustula ad nigrorem in dies magis accedebat, donec tandem facies integra nigredine, fuliginis omnino æmula tingeretur. Cumque in alia variola-

tes que habia observado en otros años. Empezaban á aparecer, ora en el segundo ora en el tercer dia, bajo la forma de un tumor rojizo y uniforme que cubria toda la cara, y más elevado que el de la erisipela, sin ninguna señal apreciable de pústulas; el resto del cuerpo estaba sembrado de una especie de pelotones (á manera de grandes remiendos) de pústulas innumerables, rojas é inflamadas, reunidas en una sola, entre las que se veian diseminadas, principalmente en los muslos, unas vesículas muy marcadas, semejantes á las de las quemaduras, distendidas por una serosidad muy clara, que fluia en abundancia una vez rota la pellicula, presentándose negra y como estacada la superficie subyacente. Pero raras veces aparecia éste tan funesto síntoma, y solamente en el primer mes en que reinó esta enfermedad, en cuyo tiempo, entre otros enfermos igualmente graves, recuerdo, fué llamado á principios de Enero de 1670 por un hombre de nombre *Collins*, tabernero de cerveza en la parroquia de San Egidio, cuyo hijo, todavía niño, tenia en los muslos vesículas del tamaño de una nuez, llenas de una serosidad clara, rotas las cuales, se presentó la carne subyacente como completamente gangrenada, muriendo poco despues el enfermo, suerte que sufrieron todos los en que, en cualquier tiempo, he visto aparecer tan funesto síntoma. Hacia el dia once, el tumor rojizo de la cara se presentaba recubierto en vários puntos, y poco á poco en todo el rostro por una pellicula blanca y brillante. Esta pellicula blanca exhalaba poco tiempo despues una materia costrosa, reluciente, de un color ni amarillo ni moreno (los dos que se encuentran en otras especies de viruelas), sino rojo oscuro, parecido al de

rum confluentium specie dies *undecimus* in maximum vitæ discrimen ægros adduceret, et plerisque emorientium supremus esset; in hac specie æger, nisi regimine immoderate calido oppressus mortis refrigerium maturius præocupasset, *decimum quartum* ut plurimum diem, aliquando etiam *decimum septimum* expectabat, quo demum elapso, salva res erat. Notandum est tamen, quod qui lethalibus istis vesiculis ac mortificatione, quæ nonnullis primo mense, quo hæc species invadebat, accidisse memoravimus, libitinæ destinabantur; intra paucos dies ab eruptione interibant.

Et febris, et symptomata alia omnia quæ vel præcedebant, vel comitabantur hoc variolarum genus, graviora erant quam in præcedente, et inflammationis adhuc majoris manifesta dabant indicia. Ægri ad salivationem erant procliviores; pustulæ et efferatioris, et mole longe minores; ita ut non facile, ubi primum apparebant, ab erysipelate quis eas discreverit vel etiam à morbillis, nisi quod hi ex die eruptionis, et aliis signis in historia morbillorum supra recensitis certo innotescant. Pustulis decidentibus furfures diutius hærebant, fædioraque stigmata inurebant, cuti.

Operæ pretium est et illud adjungere, quod durante hac anni constitutione, qua tam epidemice sæviebant dysenteriae, variolæ regimini justo calidioris provocatæ per dysenteriam

la sangre coagulada, y que de dia en dia, y al paso que se iba madurando el tumor, se aproximaba más al negro, hasta teñirse completamente la cara de un color parecido al del hollin. Miétras que en la otra clase de viruelas confluentes el dia once era el de mayor peligro para los enfermos y en el que tenía lugar la mayoría de las defunciones, en ésta el enfermo y á ménos que á consecuencia de un régimen inmoderadamente cálido se le anticipase la muerte, llegaba al catorce en la mayor parte de los casos y á veces tambien al diez y siete, pasado el cual se salvaba. Debe advertirse, sin embargo, que los destinados á morir por aquellas fatales vesículas y la mortificacion que hemos dicho, que se presentaban en algunos en el primer mes en que invadió esta enfermedad, morian á los pocos dias de la erupcion.

Tanto la fiebre como los demás síntomas que, ó precedian ó acompañaban á esta clase de viruelas, eran más graves que en la precedente y daban indicios manifiestos de mayor inflamacion. Los enfermos tenían más tendencia á la salivacion; las pústulas eran mucho más inflamadas y menores; de tal modo, que al principio de su aparicion difícilmente las hubiera podido nadie distinguir de la erisipela, ni aún del sarampion, sino porque éste se caracteriza bien claramente por el dia de la erupcion y otros signos arriba referidos en su historia. Despues de secarse las pústulas, las escamas se mantenian adheridas por más tiempo y dejaban en el cútis señales más horribles.

Importa añadir aquí que durante esta constitution, en que existian tan epidémicamente las disenterias, las viruelas tratadas con un régimen más caliente de lo regular se termi-

nonnunquam viam sibi facerent quod ne semel accidisse hactenus quidem animadverteram.

Observare autem convenit variolas hasce non ita diris symptomatis per omnia sua tempora fuisse stipatas; postquam enim binos exegerant annos, tertio, scilicet 1672, mitescere coeperunt, et exuto nigro colore, paulatim ad flavum illum, et favarum similem, accedebant, qui variolis legitimis maturescentibus est proprius, ita ut postremo hujus constitutionis anno, benignæ plane essent et boni moris, habita generis ratione. Quo non obstante, satis liquebat illas ad aliam prorsus classem relegandas esse, ex pustularum nimirum exiguitate tam eximia ad salivationem dispositione, atque aliis.

Quamlibet ob causarum differentiae cujuslibet specificæ qua immergimur, ignorantiam, impossibile fuerit rationem harum variolarum formalem comprehendere, quatenus ab illis quas alia promit constitutio, contradistinguuntur, mihi tamen liquido constabat ex singulis phenomenon inflammationem in his, quam in illis longe immaniore fuisse, ac proinde omnem medendi rationem in eo stare, ut pluribus adhuc repagulis sisteretur effrænata sanguinis ebullitio. Id autem maxime efficiebatur (post hypnotica dicto modo exhibita) regimine temperato, indulgendo scilicet ægro usum liberaliorem liquoris alicujus, qui non eam ex calefaceret, sed potius fervidissimum illum æstum quo hic morbus, pustulis maxime ad maturitatem jam pervenientibus, miseros præ cæteris quibusque morbis fatigat atque exurit, illico committigaret. Decoctum album dictum, ex pane scilicet et cornu cervi

naban á veces por la disentería, cosa que hasta entónces no habia advertido jamás.

Conviene observar tambien que estas viruelas no se acompañaron de tan funestos síntomas en todas sus épocas, pues despues de haber existido dos años, en el tercero, el de 1672, empezaron á hacerse más benignas, y perdiendo el color negro, se aproximaban paulatinamente á aquel amarillo y semejante á la miel, que es propio de las viruelas legítimas en madurez; de tal modo, que en el último año de esta constitucion eran completamente benignas y de buen carácter, relativamente á su naturaleza. Esto no obstante, aparecia bien claro que debian tenerse por de una clase enteramente distinta por la pequeñez de las pústulas, la notable propension á la salivacion, y otras circunstancias.

Aunque por razon de la ignorancia de las causas de las diferencias específicas á que nos hallamos forzosamente condenados, sería imposible comprender la razon formal de estas viruelas en cuanto se distinguen de las que se presentaron en la otra constitucion, yo veia, sin embargo, bien claramente en todos sus fenómenos que la inflamacion en éstas era mucho más violenta que en aquéllas, y que, por consiguiente, todo el objeto de la curacion consistia en contener más enérgicamente la desenfrenada ebullicion de la sangre. Esto se conseguia principalmente (despues de haber dado los hipnóticos del modo ántes dicho) con un régimen templado, esto es, recomendando al enfermo el uso abundante de algun líquido que no le calentára sino que más bien mitigára el intensísimo calor que en esta enfermedad, y principalmente al llegar las pústulas á madurez, molesta y abrasa á los enfermos más que

exigua quantitate in multa aqua factum, et saccharo dulcoratum hic juvabat; at hydrogala è tribus aquæ partibus et lactis una simul coctis, et ægri palato et votis magis ut plurimum, refrigerando respondit; nec eo tantum profecit ingesti liqueris copia quo insignem calorem, cum maturationis febre præcipue vigentem, restingueret, sed quatenus ptyalismum etiam promoveret, atque eundem diutius protraheret, quam poterat fieri, si æger nimio æstualet calore. Præter hæc omnia, sæpenumero ita bene cessisse liquores hosce affatim haustos observavi, ut eorum usu variolæ quæ cum pessimis confluentiæ signis exhibant, progrediente morbo distinctæ sint factæ; pustulæ quæ maturescentes rubram primo, mox nigram materiam aliter evomissent flavissimæ comparerent; pro efferatis insuper atque minutulis, benigni atque optimi moris haberentur.

Neque etiam fluxus mensium, qui teminis hoc morbo laborantibus haud infrequens accidit, liberalem horum liquorum usum quicquam prohibet, imo vero et suadet, si tempore non solito isti fluant. Etenim non jam alia de causa periclitantur fœminæ, nisi quod sanguis ab immodico morbi calore plus justo attenuatus, qua data porta ruat, naturæ ductus sequens; præsertim ubi noxia curatricum temeritas, regimine calidiori, et decocto cornu cervi (cum floribus calendulæ, etc., adhibitis) oleum igni affuderit. Quidquid autem sanguinem potenter diluit contemperatque, licet

en cualquiera otra dolencia. El llamado cocimiento blanco, hecho de pan y cuerno de ciervo en pequeña cantidad, con mucha agua y endulzado con azúcar, probaba bien en este caso; pero en la mayoría se acomodaba aún mejor al gusto del enfermo y al objeto de refrescarle la hidrogala, compuesta con tres partes de agua y una de leche, cocidas juntamente, que bebida en gran cantidad aprovechaba, no solamente porque moderaba el extraordinario calor que se siente en especial durante la fiebre de maduración, sino también en cuanto que promovía el tialismo y le prolongaba por más tiempo del que pudiera subsistir á tener el enfermo un calor excesivo. Aparte de todo esto, observé muchas veces que probaban tan excelentemente estos líquidos bebidos en abundancia, que con su uso las viruelas que empezaban con los pobres signos de confluencia, adelantando la enfermedad, se hacían discretas; y las pústulas, que en otro caso hubieran arrojado, al madurar, una materia, roja primero y despues negra, aparecían completamente amarillas, y en vez de apiñadas y menudas, se presentaban benignas y del mejor carácter.

El flujo ménstruo, que ocurre no raras veces á las mujeres que se hallan padeciendo esta enfermedad, no impide tampoco el uso abundante de estos líquidos, ántes bien, le aconseja si fluye en un tiempo no acostumbrado. El peligro, en efecto, para las enfermas no proviene de otra causa sino de que, atenuada la sangre más de lo regular por el inmoderado calor de la enfermedad, se exhala por las vías que la son naturalmente accesibles, principalmente cuando la funesta imprudencia de las asistentas hubiere aumentado la intensidad del mal por el empleo de un régimen

non immediate, in quantum tamen ejusdem fluxum cohibet, tum pustulis, tum faciei manūque tumori in statu conservandis necessario conferet: cum ex adverso remedia calidiora, licet ad hunc scopum rectius videantur collimare, cum tamen jugem hunc sanguinis fluxum promoveant, longissime aberrant. Quinimo nec dubium mihi est quamplurimas mulieres hoc errore periisse, dum scilicet assistentes, ne pustulæ ob sanguinis fluxum considerent, veriti, malo huic cardiacis medicamentis, et regimine adhuc calidiori adhibitis occurrere niterentur, quo facto misellas certius pessunderunt; quantumlibet adstringentia varia cardiacis admiscentes hæmorrhagiam sistere, atque pustularum una tumorisque debitam elevationem tueri saferint.

Hand ita pridem *Dominam* tam virtutibus quam stirpe prænobilem, variolis nigris et mali moris laborantem, tractavi. Quamvis autem ab initio iis omnibus illi interdixeram, à quibus sanguis exagitari poterat, cum tamen temperamento esset admodum sanguineo, viridi juventa vegetaque, fervida etiam anni tempestas accederet, repente, tertio scilicet die ab eruptione, ita largo mensium profluvio, tempore illis non debito, correpta est, ut astantes mulieres eam jam abortivisse suspicarentur. Licet hoc symptoma ad dies multos importune urgeret, non tamen ideo existimavi lactis et aquæ usum à me præscriptorum, intermit-

calido y del cocimiento de cuerno de ciervo con flores de violeta, etc. Así, pues, todo lo que diluye y atempera poderosamente la sangre, aunque no sea de una manera inmediata, en cuanto, no obstante, detiene el flujo, aprovechará necesariamente para mantener en el estado conveniente tanto las pústulas como el tumor de la cara y de las manos, mientras que, por el contrario, los remedios cálidos, aunque parezcan concurrir mejor á este objeto, como quiera que aumentan sin embargo el flujo, perjudican extraordinariamente. Y no me cabe duda alguna de que muchas mujeres han perecido por este error, pues temiendo los asistentes que se marchitasen las pústulas á consecuencia del flujo de sangre, suelen tratar de oponerse á este mal con medicamentos cardiacos y un régimen todavía más cálido de lo ordinario, con lo que pierden indefectiblemente á la enferma, aunque mezclando varios astringentes con los cardiacos se hubiesen propuesto á la vez detener la hemorragia y sostener la debida elevacion de las pústulas y de la tumefaccion.

No hace mucho tiempo que traté á una señora nobilísima, tanto por sus virtudes como por su estirpe, enferma de viruelas negras y malignas. Aunque desde el principio la habia prohibido todo lo que pudiera excitar la sangre, siendo no obstante de temperamento muy sanguíneo, jóven y vigorosa, y sucediendo esto durante el verano, se presentó repentinamente al tercer dia de la erupcion un flujo ménstruo tan abundante y fuera de tiempo, que las mujeres que la rodeaban sospecharon habia abortado. Aunque este síntoma persistió tercamente muchos dias, no creí sin embargo deber suspender por ello el uso de la leche y agua

ti debere: quid quod magis jam necessarium illum esse, et liberalius adhuc indulgendum censuerim, quod etiam per omnem morbi decursum factitavimus, præsertim cum appeteret febris maturatio. Quod quidem tempore medicus doctissimus, candidissimusque, dominus doctor *Millington*, ejusdem mecum olim *Collegii socius*, jam amicissimus, ad sociam operam invitabatur; qui cum omnia satis bene respondere, pro hujus morbi genio animadverteret, mihi lubens assensit, ut pergeret ægra dictos liquores affatim haurire, quos ipsa sibi gratissimos, et tam ad salivam facere, quam ad refrigerium et refectionem sæpe affirmabat. Cum vero jam indurari, facies coeperit, et crusta obduci, ab halitibus putridis à materia purulenta, quæ in hoc pessimo variolarum genere malè olebat intromitendis ægre nostræ metuentes, vini Canarini semicocti cochlearia paucula, semel in die assumenda, vel quoties in ventriculo ægritudinem aliquam persentisceret, concessimus. Pauculis hisce, nisi quod haustum etiam paregoricum hora somni quotidie imperavimus, convaluit; neque delirio, neque alio quovis symptomate, præter dictam hæmorrhagiam, grave aliquod periculum minitante. Facies manusque satis intumescabant; pustulæ, quantum tulit morbi species, satis magnæ erant; salivatio copiosa et facilis ad metas usque; postremo quantumlibet pustulæ, quæ faciem obsidebant, cum maturecerent, nigredinem affectare viderentur in plerisque tamen ejus partibus flavescabant.

Quibuscumque vero caloris atque inflammationis gradibus variolarum species, huic constitutioni peculiaris,

que habia prescrito, sino que le juzgué aún más necesario y que debía concederse en mayor cantidad, como lo hice en todo el curso de la enfermedad, principalmente al aparecer la fiebre de supuración. En esta época se me asoció un doctísimo y honradísimo médico, el Sr. Dr. Millington, consocio mio en otro tiempo de colegio é íntimo amigo, que advirtiéndome probaba bien todo atendido el carácter de la enfermedad, asintió gustoso á que la enferma siguiera bebiendo en abundancia dichos líquidos, que ella misma afirmaba á menudo serla gratísimos y útiles, tanto para promover la salivacion, cuanto para refrescarla y alimentarla. Mas luego que la cara empezó á indurarse y á cubrirse de costras, temerosos de que las exhalaciones de la materia purulenta, que tan fétida era en esta maligna clase de viruelas, se introdujeran en la sangre, la permitimos tomar algunas cucharadas de vino de Canarias, un poco hervido, una vez al dia, ó cuantas sintiera algun desfallecimiento en el estómago. Con estos pocos remedios, á que solamente añadimos una pocion paregórica que mandamos tomara diariamente á la hora del sueño, convalció sin presentarse el delirio ni otro síntoma alguno muy peligroso, fuera de la hemorragia dicha. La cara y las manos se entumecieron bastante; las pústulas fueron suficientemente grandes relativamente á lo acostumbrado en esta especie de viruelas; la salivacion fué copiosa y fácil hasta el fin; finalmente, aunque las pústulas que existian en la cara parecian tender á ennegrecerse al supurar, se hacian amarillas, sin embargo, en la inmensa mayoría de las partes restantes.

Cualesquiera fueran los grados de calor é inflamacion en que superara la especie de viruelas peculiar de esta

alias aliarum constitutionum species superaverit, cum tamen discretæ essent pustulæ, vel saltem paucæ, docuit experientia, non opus esse tanta prædictorum liquorum quantitate ingerenda; satis autem fuit, ut æger pro sitis modo atque imperio cerevisiam tenuem potaret, jusculis avenaceis, panatella, et pomo cocto subinde, vesceretur, et si ex ephelis excesserat, paregoricum ex syrupo de meconio, cum vel ægrotaret, vel ob nimias vigiliis delirare inciperet, assumeret. Neque aliud quicquam tentabam (nisi quod ægros lecto addicerem) ubi pustulæ raræ comparebant. Atque hac sola methodo charissimus mihi filius William Sydenham, distincto hujuscemodi variolarum genere laborans mense Decembri 1670, favente Numine, restitutus est.

De variolis hujus constitutionis nihil superaddam, cum jam aliam speciem fusius tractaverim, à quibus hæc in eo tantum discrepant, quod naturæ scilicet calidioris fuerint, et magis inflammatoriæ, unde sequitur, diligentiore operam fuisse navandam ut restingeretur intensior iste calor, qui tam iis naturalis erat, et ægro ita certum minitabatur incendium.

CAPUT VII.

Colicæ biliosæ, annorum 1670, 71, 72.

Per omnes hujus constitutionis annos, cum sanguis ad humores cholericos fervidosque in viscera deponendos propensior esset, *colica biliosa* præter solitum plures invasit; qui morbus licet chronicis annumerari debeat, ac proinde extra oleas mihi sit, cum tamen ab eadem sanguinis in-

constitucion á las de otras, enseñó, no obstante la experiencia que quando las pústulas eran discretas, ó al ménos pocas, no era necesario ingerir tanta cantidad de los líquidos predichos, sino que bastaba que el enfermo, segun el carácter é intensidad de la sed, bebiera cerveza ténue, que se alimentase con caldos de avena, panatelas, y de quando en quando con manzana cocida, y si habia salido de la pubertad tomára un paregórico de jarabe de meconio, quando se encontrára muy molesto, ó quando á consecuencia de los prolongados desvelos empezára á delirar. Esto era lo único que hacía, á más de mantener acostados á los enfermos quando las pústulas eran pocas. Con este solo método y con el favor de Dios, curó mi queridísimo hijo William Sydenham, que tuvo unas viruelas discretas de esta naturaleza en el mes de Diciembre de 1670.

Nada añadiré acerca de las viruelas de esta constitucion, habiéndome ocupado ya profusamente en otra especie de la que éstas se diferencian tan sólo por ser de naturaleza más cálida y más inflamatoria; de donde se sigue que era preciso procurar con más empeño atemperar este intensísimo calor que tan natural las era y amenazaba al enfermo con un tan grave peligro.

CAPITULO VII.

Cólicos biliosos de los años 1670, 71 y 72.

Estando la sangre en todos los años de esta constitucion muy dispuesta para depositar en las vísceras humores coléricos y calientes, se presentaron cólicos biliosos en mayor número de individuos de lo acostumbrado; cuya enfermedad, aunque deba contarse entre las crónicas, y

dispositione penderet hoc tempore, à qua et epidemici plerique qui tum grassabantur, vel eo nomine hic mihi veniet tractandus, præcipue vero quia animadverti, morbum hunc eadem plane præcessisse, symptomata febrilia, quæ dysenteriam per illa tempora regnantem præcedere solebant; atque eundem, etiam aliquando (quod supra notavi) dysenteriam quæ post diuturnos cruciatus ægro tandem valedixisse videretur fuisse insecutum. Ubi vero dysenteriam diutinam non excipiebat, plerumque à febre ordiebatur quæ per horas aliquot tantum affligens, in hunc morbum solebat desinere. Juvenes ut plurimum temperamento calido ac bilioso præditos, æstate præsertim adoritur. Intestinorum dolor atrocissimus est, et præ ceteris omnibus, quibuscum mortalium calamitosissimi committuntur, maxime intolerabilis. Intestina nonnumquam quasi injecta fascia constringit, nunc in punctum contractus quasi terebello perforat: subinde remittitur dolor, mox recrudescit paroxysmus, quem æger præsentens, vultu miserabili atque ejulatu ceu præsentem exhorret, et aversatur. Sub initio hujus morbi non ita certo ad unum aliquod punctum determinatur dolor atque in ejusdem progressu, neque tam crebra est vomituritio, neque alvus ita pertinaciter cathartorum vim eludit; quo autem magis augetur dolor, eo obstinatius in puncto figitur; vomituritio succedit frequentior et major alvi adstrictio; donec tandem ab ineluctabili horum symptomatum vi totalis peristaltici intestinorum motus inversio (nisi maturius quis tulerit suppetias) atque iliaca passio procurantur; in quo morbo cathartica medicamenta omnia in emetica statim transeunt. Enemata etiam injecta una cum alvi fecibus, per om-

por tanto, se halle fuera de mi objeto, no obstante, como quiera que dependia en esta ocasion de la misma alteracion de la sangre, que la mayor parte de las enfermedades epidémicas que entónces andaban, me decido á tratar de ella, principalmente, porque noté que á esta enfermedad precedieron absolutamente los mismos síntomas febriles que solian preceder á la disentería reinante por aquellos tiempos y que siguió tambien alguna vez (como ya ántes dije) á la disentería de que, despues de largos tormentos, parecia haber convalidado el enfermo. Cuando no seguía á una disentería prolongada, empezaba las más veces por una fiebre que, molestando sólo por algunas horas, solia terminarse en esta enfermedad. Acomete principalmente en el verano, y las más veces á jóvenes de temperamento calido y bilioso. El dolor de los intestinos es atrocísimo y más intolerable que ningun otro de los más intensos que aquejan á los mortales. En ocasiones parece como que los intestinos son apretados por una faja, y otras, fijándose en un punto determinado, parece perforarlos á manera de barreno: de cuando en cuando disminuye el dolor; luégo se recrudescer el paroxismo, que al presentirle el enfermo revela en su semblante angustioso y con sus quejidos el gran horror y miedo que le tiene. Al principio de esta enfermedad no se manifiesta tan fijamente el dolor en un sitio determinado como en su progreso, ni es tan frecuente el vómito, ni el vientre elude tan pertinazmente la accion de los purgantes; pero cuanto más aumenta el dolor tanto más obstinadamente se fija en un punto; el vómito se hace más frecuente y mayor la astringencia, hasta que por la indomable violencia de estos síntomas se determinan al fin

nem intestinorum ductum sursum lata, vomitu ejiciuntur. Quæ hoc modo excernitur materia, sincera si fuerit atque pura, viridis aliquando, aliquando etiam flava; aut insoliti cujusdam coloris spectatur.

Cum singula hujus affectus phenomena, cum ab acri aliquo sive humore sive halitu, è massa sanguinea in intestina excusso, nasci aperte doceant, indicatio curativa primaria mihi hæc est, ut scilicet evacuetur dictus humor tam antecedens in venis, quam continens in visceribus conclusus: altera vero ab hac, ut anodynorum usu et compescatur humorum eo tendentium impetus, et mitigetur immitissimus dolor.

Sanguinem itaque è brachii venis paulo liberalius educi (si nempe id fuerit faciens intentatum) et post horas tres vel quatuor anodynum exhiberi curo. Postero die catharticum aliquod lenitivum præscribo, interposito die uno repetendum, ad tertiam etiam nonnunquam vicem, prout humoris reliquæ plures mihi videntur, aut pauciores. Observandum est autem, quod si malum hoc sive fructibus horariis nimis avidè ingestis, sive alii cibo cuicumque concoctu difficili originem suam debeat, unde scilicet succi pravi corruptique primum in sanguinem transmittentur, atque ex eodem postliminio in viscera; rebus, inquam, stantibus, ventriculus ante omnia eluendus est, lacte cerevisiato affa-

la total inversion del movimiento peristáltico de los intestinos (á no haberle calmado ántes algun tanto) y la pasion iliaca, en cuya enfermedad todos los medicamentos purgantes se transforman inmediatamente en eméticos y áun las mismas lavativas llevadas hácia arriba por todo el conducto intestinal, son arrojadas por vómito, juntamente con las heces. Si la materia que se expulsa de este modo fuere pura y sin mezcla, se presenta unas veces de color verde, otras amarilla ó de cualquier color insolito.

¶ Demostrando claramente todos los fenómenos de esta afección que se origina de un humor ó hálito acre segregado de la masa de la sangre á los intestinos, consiste, en mi juicio, la primera indicacion curativa en evacuar dicho humor, tanto el preexistente en las venas como el contenido en las vísceras, y la segunda en refrenar el ímpetu de los humores que se dirigen á ellos y mitigar el veheméntísimo dolor con el uso de los anodinos.

¶ Así, pues, mando sangrar de las venas del brazo en bastante cantidad (si es que ántes no se ha hecho), y después de tres ó cuatro horas, tengo cuidado de dar un anodino. Al dia siguiente prescribo algun purgante suave que se debe repetir, dejando un dia de intervalo, hasta tres veces en ocasiones, segun parezcan muchas ó pocas las reliquias del humor. Es preciso, sin embargo, tener en cuenta que si este mal debe su origen á haber tomado con exceso, ora frutas pasadas, ora otro cualquier alimento de difícil digestion, siendo éste el primer punto de partida de los jugos depravados y corrompidos, transmitidos á la sangre, y de ésta á las vísceras; en tales circunstancias, digo, es preciso, ante todo, limpiar el estómago

tim hausto, et per vomitum rejecto, quo exantlato, anodynum propinandum est; sequenti autem die primum vena secanda, et in cæteris eo, quem jam docuimus, ordine procedendum.

At vero cum et doloris vehementia, et vomituritio, ob quam intestina ad inversionem quasi feruntur, cathartorum operationi obstant, intendendæ sunt eorundem vires, neque leo subere excipiendus; frustra enim mitius catharticum exhibueris, nisi forte æger alvo sit facile solubili, quod diligenter inquirendum est. Cum enim hujusmodi medicamentum sibi facere per intestinorum canales non valeat, æger ab eo læditur magis, dum scilicet ab ejusdem inefficaci agitatione et vomitus et dolor augentur. Potio cathartica lenitiva ex infusione tamarindorum, foliorum sennæ et rheï in qua dissolvi possunt manna, et syrupus rosaceus catharticis aliis anteferenda, cum humores minus exagitet, et commoveat. Cum tamen sive ob ægri aversionem medicamenti formæ liquidioris, sive vomituritionem, in ventriculo retineri vix queat, pilulæ necessario in subsidium vocandæ, inter quas cochineæ mihi præ cæteris semper placere, utpote certissimo pede quam cœperunt viam insistentes, tum in hoc casu, tum in aliis plerisque. Ubi vero tanta est sive ventriculi debilitas, sive etiam vomituritio, ut nec pilulæ possint delineri, ibi remedium primo anodynum impero, et paucis horis elapsis catharticum, eo temporis spatio interjecto, ut catharticum à narcotico tanto distet intervallo, ut ab eo non vincatur et pereat, eas autem in ventriculo moras trahat, quæ ad virtutem purgativam eidem communicandam sufficiant, ut suam demum exerat operationem, cessante altero. Licet catharticum modo id

bebiendo leche con cerveza en abundancia y expulsándola por vómito, hecho lo cual se dará un anodino; en el día siguiente se sangrará primero, procediendo en lo demás con el orden ya expuesto.

Como la vehemencia del dolor y del vómito, porque son como obligados á invertirse los intestinos, se oponen á la accion de los purgantes, deberá aumentarse su energía no combatiendo tan gran mal con un remedio poco activo; sería, en efecto, inútil emplear un purgante suave, á no ser que por casualidad el enfermo fuera diarreico ó fácilmente purgable, cosa que se ha de investigar cuidadosamente. No pudiendo, en efecto, un medicamento semejante abrirse camino por los canales intestinales, no hace sino danar más al enfermo, puesto que por su ineficaz agitación se aumentan el vómito y el dolor. La pocion catártica lenitiva de infusion de tamarindos, hojas de sen y ruibarbo, en que pueden disolverse maná y jarabe de rosas, debe preferirse á otros purgantes, pues que agita y conmueve ménos los humores. No obstante, cuando ó por la aversion del enfermo al medicamento en forma líquida ó por los vómitos no pueda retenerse en el estómago, es necesario recurrir á las píldoras, entre las que las coquinas me han agradado siempre más que ningunas otras, en éste como en otros muchos casos, en cuanto que sostienen su accion una vez iniciada. Mas cuando es tan grande la debilidad del estómago, ó el vómito, que ni aun las píldoras pueden retenerse, entónces, mando primero un remedio anodino y pasadas algunas horas un purgante, dejando un intervalo tal que el purgante diste del narcótico el tiempo suficiente para no ser vencido é invalidado por él, y pueda retenerse,

possit fieri, diu post anodynum recitissime propinetur, cum etiam ad horas duodecim ab hoc assumpto, alvus isti ægrius respondeat, atque non nisi operosius solvatur.

Cum autem hic uti in aliis plerisque morbis, in quibus indicantur narcotica, catharticum semper dolorem intendat (saltem finita jam operatione, qua quidem vigente mitius nonnunquam cum ægro agitur) idcirco solemne mihi est anodynum ingerere, ubi primum expiravit cathartici vis. Quale quidem mane et sero quotidie hauriendum impero, spatio scilicet omni inter purgationes medio, quo certius dolorem consopiam, donec catharsis debite fuerit celebrata.

Peracta cathartici operatione humorum orgasmum compescere (quod jam solum restat agendum) anodyno mane et vesperi jugiter exhibito contendo; quod etiam sæpius aliquando est repetendum: nec unquam mihi contigit, dolores vehementiores sedare posse nisi dosi largiori et reiterata, quæ enim alteri malo debellando par esset, ab hoc vincitur, violentia doloris remedii vires frangente. Tutissime autem repetuntur narcotica urgente hujusmodi dolore, non item ubi ille desierit. Quamobrem doloris indicium secutus, narcoticum repeto, donec vel cessaverit ille, vel admodum fuerit mitigatus; eo nihilominus interjecto temporis spatio, ut compertum mihi sit, quid à dosi præcedente sperari debeat antequam alteram superad-

no obstante, en el estómago el tiempo bastante para comunicarle la virtud purgante y para desenvolver su acción, luégo que haya cesado ya del narcótico. Sin embargo, á ser posible, será mucho mejor dar el purgante bastante tiempo despues del anodino, como quiera que hasta pasadas doce horas de tomado éste, el vientre responde á aquél más difícilmente, y no se mueve sino con gran trabajo.

Mas como en esta enfermedad, lo mismo que en otras muchas en que están indicados los narcóticos, el purgante aumenta siempre el dolor (al ménos luégo de terminada su operación, pues durante ella hay casos en que no produce este efecto), acostumbro por esta razon á propinar un anodino luégo que ha dejado de obrar el catártico. Mándole tomar mañana y tarde diariamente, á la mitad justa del tiempo entre las purgaciones, con el objeto de calmar más seguramente el dolor, continuando así hasta que el enfermo queda perfectamente purgado.

Terminada la operación del catártico, procuro rebajar el orgasmo de los humores (única cosa que resta por hacer), dando continuamente mañana y tarde el anodino, que algunas veces es preciso repetir más á menudo, no habiéndome nunca ocurrido lograr calmar los dolores muy vehementes, sino con una dosis grande y repetida, pues que la que bastaria para vencer otra enfermedad es vencida por ésta, quebrantando la vehemencia del dolor las virtudes del remedio. Empero, si no hay peligro en repetir los narcóticos durante la fuerza del dolor, no sucede lo mismo cuando ha desaparecido. Así, guiándome por el dolor, repito el narcótico hasta que, ó cesase, ó se mitigase, dejando pasar, no obstante, tiempo suficiente para averiguar qué es lo

dam. Plerumque vero, nisi ubi summe viget dolor, paregoricum mane et sero exhibitum sufficiet. Anodynum mihi familiare laudanum istud liquidum est supra descriptum, cujus guttæ sexdecim in aqua cardiaca stillatitia solvuntur, vel augetur dosis pro doloris magnitudine.

Simplicissima hæc methodus, qua primum humor peccans venæ sectione et purgatione evacuatur. deinde *narcoticorum* ope conciliatur quies semper mihi felicissime cessit præ aliis quæ mihi hactenus innotuere omnibus. Cum enemata carminantia, eo fine injecta, ut humores acres exterminent, crabrones irritent tantum et concitato humorum tumultu diuturniorem reddant morbum. Hic autem in primis animadverti volo, quod licet tam phlebotomiam, quam catharsin huic sedando morbo necessario esse præmittendam affirmavero, nonnunquam tamen re ita postulante, ea utraque omissa à paregoricis ordiendâ tela est. Exempli gratia: ubi ob prægressam ægritudinem aliquam evacuationes copiosiores non ita diu ante colicæ adventum institutæ fuerint (non raro enim ob viscerum debilitatem, maxime si accedat major caloris gradus à vino, vel spirituofo liquore alio immodice hausto, qui nuper ab alio convaluere morbo in hunc præcipitantur); hoc, inquam, in casu non modo non necessarium, sed et noxium esse censeo, alia insuper adjiciendo cathartica novos excitare tumultus, atque omnia denuo perturbare. Illud jam taceo, quod in hoc affectu æger ut plurimum, priusquam consulatur medicus, repetito enematum usu intestina satis proluit; ita ut partim hæc de causa, partim ob diuturniorem morbi moram narcotica fere

que se puede esperar de la dosis anterior, antes de administrar otra. Las más veces, y fuera de los casos en que es muy intenso el dolor, bastará dar el paregórico mañana y tarde. Mi anodino usual es el láudano líquido arriba descrito, del que se disuelven diez y seis gotas en una agua cardiaca destilada, aumentando la dosis segun la intensidad del dolor.

Este sencillísimo método, con que se evacua primero el humor pecante por la sangría y por la purga, y se concilia despues el descanso á beneficio de los narcóticos, me ha probado siempre mucho más felizmente que ninguno otro de los que hasta ahora me son conocidos, pues las lavativas carminativas, inyectadas con el objeto de evacuar los humores acres, solamente consiguen exacerbar más el mal y prolongar la enfermedad, por la agitacion que inducen en estos humores mismos. Quiero advertir aquí muy especialmente que, aunque he afirmado que tanto la sangría como la purga han de practicarse necesariamente para sojuzgar esta enfermedad, alguna vez, sin embargo, cuando así lo exigen las circunstancias, se debe, omitiendo entrambos, empezar el tratamiento por los paregóricos. Por ejemplo: cuando por una enfermedad anterior se han hecho evacuaciones abundantes, no mucho tiempo antes de aparecer los cólicos (pues no es raro que algunos convalecientes de otra enfermedad contraigan ésta, por la debilidad de las vísceras, y principalmente cuando se ha aumentado el grado de excitacion por haber bebido vino ó cualquier otro líquido espirituoso con exceso); en tal caso, digo, no sólo no creo necesario, sino que juzgo perjudicial administrar otros purgantes que determinen nuevos tumultos y nuevas perturbaciones. Y callo el que

sola in usum videantur revocanda.

Mense Augusto 1671, nobilissimus D. Baro Annesly colica biliosa laborans cum cruciatu intolerabili, et frequenti vomitione, jam ab aliquot diebus, ad castellum de *Belvoir* accersiri me iussit nullum non enematum genus, atque alia insuper remedia à medicis doctissimis experientissimisque eo locorum degentibus præscripta jam tentaverat. Ego nullis usus ambagibus, repetitum narcoticorum usum ad normam jam traditam suasi, quorum ope prope diem convaleuit, et mecum ad urbem sanus rediit.

Quandoquidem autem dolor hic præ cæteris quibusque ex sua natura recidivus sit, omnis ei revertendi ansa anodyno bis quotidie ad aliquot dies exhibitò præscindenda est. Quod si, quoties intermittitur narcoticum, dolor subinde recrudescat (ut nonnunquam fit) nihil à me hactenus excogitari potuit, quod ad persanandum ægrum ita certo faceret atque *equitatio*, vel in curru vectio, que longiora itinera confici debueret, anodyno interim mane et sero indefinenter propinato. Hujusmodi enim exercitiis materia morbua committens in corporis habitum deducitur, et sanguis perpetua agitatione comminutus de novo quasi depuratur; ipsaque demum intestina, caloris nativi excitatione, haud parum corroborantur ac refocillantur. Nec pudet fieri, me dicto exercitio in partes adscrito morbum hunc, cui alio quovis modo devincendo par non fui, plus

en esta enfermedad suele las más veces el enfermo, antes de llamar al médico, haber ya humedecido bastante los intestinos con el repetido uso de enemas; de modo que, parte por esta causa, parte por la larga duración de la enfermedad, parece no haber lugar de recurrir sino á los narcóticos.

En el mes de Agosto de 1671 el nobilísimo señor baron de Annesly, que estaba padeciendo hacia algunos dias un cólico bilioso con dolor intolerable y frecuentes vómitos, me mandó fuera á verle al castillo de *Belvoir*, habiendo ya usado toda clase de lavativas y otros muchos remedios prescritos por los más sábios y experimentados médicos de aquel lugar. Sin andarme en rodeos, aconsejé el uso repetido de los narcóticos de la manera ya dicha, á beneficio de los cuales convaleció en pocos dias, volviéndose sano conmigo á Londres.

Como quiera que este dolor tiene naturalmente más tendencia á repetirse que otro alguno, es preciso evitar todo motivo de recidiva; dando dos veces todos los dias, y por espacio de algunos, un anodino. Y si inmediatamente que se suspende el narcótico se recrudece en seguida el dolor (como en ocasiones sucede), nada he podido idear hasta ahora que sirva tan seguramente para curar al enfermo como la *equitacion* ó *vectacion* en coche, debiéndose hacer largas caminatas, y propinando al mismo tiempo é indefinidamente el anodino por mañana y tarde. Con estos ejercicios, en efecto, la materia determinante de la enfermedad es expulsada á lo exterior del cuerpo: sometida la sangre á una agitación continua, sufre una especie de nueva depuración; y hasta los intestinos mismos, en fin, se corroboran y fortalecen no poco por el avivamiento del

semel penitus expulsi. Neque vero illud tantandum est, nisi post evacuationes debitas sufficienter celebratas, neque ab eo nisi post dies aliquando multos desistendum.

Pauper quidam mihi vicinus, qui et adhuc est superstes, colica biliosa vehementissima per hos annos laboravit, quam catharticis, clysteribus, globulisque plumbeis devoratis expugnare, diu, sed frustra erat conatus. Hic ego ad frequentem narcoticorum usum confugi, neque penitentia operam, quamdiu enim ista repetentur, satis recte habuit, sed cum his palliaretur tantum malum, non extirparetur (revertebatur enim ut primam erat exhausta narcoticorum vis) ego hominis misertus, et gravi morbo, et re angustam afflictiissimi, equum ex meis commodabam, quo iter dicto jam modo peragendum aggrediretur; eoque ad dies pauculos continuato, viscera eas vires receperit, ut morbi reliquis excutiendis parum jam essent, et sine anodynorum praesidio omnino convalesceret.

Et, ut quod res est loquar, non in hoc tantum casu, sed in morbis aliis chronicis quampluribus hoc exercitii genus nunquam non cum uberrimo fructu usurpatum memini, modo quis in illo improbius perseveraret. Si enim nobiscum reputemus ventrem inferiorem, in quo disponuntur organa secretoria, hoc maxime exercitio vibrari, eaque succussionibus aliquot mille uno in die exagitari sole re, facile credemus, eadem succum quemlibet recrementitium ibi impac-

calor natural. Y no tengo inconveniente en confesar que á favor del dicho ejercicio he hecho desaparecer por completo esta enfermedad en más de un caso en que no habia podido vencerla de ninguna otra manera. No debe, sin embargo, recurrirse á este medio sino despues de haber hecho las suficientes evacuaciones, ni se ha de desistir de él sino despues de muchos dias.

Un pobre vecino mio, que todavía vive, padeció durante esta constitucion un cólico bilioso veheméntísimo, que habia intentado combatir largo tiempo, pero en vano, con purgantes, lavativas y tragándose balas de plomo. Así las cosas, recurí al uso frecuente de los narcóticos, y no me pesó mi proceder, pues el enfermo se hallaba mejor mientras que los usaba; pero consiguiendo sólo paliar el mal con ellos, no extirparle (pues volvía inmediatamente que cesaba la accion de los narcóticos), compadecido del hombre, afligidísimo por tan gran enfermedad y por su pobreza, le presté uno de mis caballos para andar del modo ya dicho, y habiendo continuado éste ejercicio algunos dias, las vísceras recuperaron tales fuerzas, que pudieron arrojar las reliquias de la enfermedad, y convaleció completamente sin el auxilio de los anodinos.

Y á decir verdad, recuerdo haber empleado, no sólo en este caso, sino en la mayoría de las demás enfermedades crónicas, esta clase de ejercicio, y siempre con grandísimo fruto, con tal de que se haya perseverado en él con insistencia. Y si reflexionamos que el vientre inferior, en que se hallan situados los órganos secretorios, es conmovido fuertemente con este ejercicio, y que las vísceras suelen sufrir en un solo dia algunos miles de sacudidas, comprenderemos

tum ope dicti exercitii posse excutere, et (quod majoris adhuc momenti) validioris ista caloris nativi excitatione ita corroborari, ut munere, quod iis mandavit natura, in sanguine depurando recte defungantur.

Diætam, si junior fuerit æger et calidioris temperamenti, refrigerantem atque incrassantem impero, puta hordei cremorem, panatellam, etc., et tertio quoque die, si latret adhuc stomachus, pullum teneriorem, merulamve piscem coctum; potum non alium concedo, quam cerevisiam tenuem mitemque, vel lac cum aqua coctum, neque ulterius quidquam indulgeo nisi æquitatio ad redintegrandam sanitatem necessaria, pleniorum victum et generosiorum postulet liquorum, quibus rependantur spirituum exercitio exhaurientorum damna.

Quinimo observatione constat, quod ubi hic morbus imperite tractatus diutissime fatigaverit, ita ut viscera elanguescerent, atque æger extrema jam macie atque debilitate tantum non esset confectus, in hoc, inquam, casu liberalior sive *aque epidemicæ*, sive *mirabilis*, sive alius demum cujuscumque, qua sanus maxime delectabatur, usus, hoc tempore eundem ultra spem omnem juverit; hujus enim ope paucissimæ istæ caloris nativi spirituumque reliquiæ excitabantur, et fermentum præternaturale visceribus adhærens, et novis paroxysmis fomitem subinde ministrans, à liquoribus magis spirituosos extinguebatur.

Porro ut in morbi curatione, ita etiam et eodem jam depulso, diæta illa tenuis, de qua diximus, adhuc aliquandiu est observanda. Cum enim

fácilmente que puedan, á beneficio de él, desprenderse de cualquier jugo recrementicio en ellas implantado, y (lo que es aún más importante) fortificarse de tal modo por el aumento del calor natural, que efectúen perfectamente el encargo que las encomendó la naturaleza, de depurar la sangre.

Si el enfermo fuese jóven y de cáldido temperamento, aconsejo una dieta refrigerante y diluyente; por ejemplo, crema de cebada, panatellas, etc., y un pollo tierno, ó un pez cocido, cada tres dias, cuando con aquello no se satisface el hambre: no concedo otra bebida que una cerveza ténue y suave, ó leche cocida con agua, y nada más, á no ser que la equitacion necesaria para devolver por completo la salud exija un régimen más abundante y un líquido más fuerte, con que se recompensen las pérdidas de fuerzas ocasionadas por el ejercicio.

Enseña asimismo la observacion que cuando esta enfermedad, tratada inconvenientemente, se ha prolongado largo tiempo, hasta el punto de haberse debilitado las vísceras, y de haber llegado el enfermo á una demacracion y debilidad extremas, en este caso, digo, el uso abundante del agua epidémica, ó de la admirable, ó de otro líquido cualquiera agradable en el estado sano, le aprovecha en esta ocasion mucho más de lo que pudiera esperarse, pues merced á su uso se reaniman los poquísimos restos de calor nativo y de los espíritus, y el fermento morbífico depositado en las vísceras, y que habria de ser el punto de partida de nuevos paroxismos, es destruido por los líquidos espirituosos.

Así como en la curacion de la enfermedad, así tambien curada ya ésta, ha de guardarse todavía por algun tiempo la dieta ténue de que he-

morbus hic recidivam præ aliis omnibus affectet, atque insuper sedem sibi delegerit præcipua coctionis instrumenta (viscera intelligo, jam ab eodem infirmata) vel levissimus hujus generis error malum haud leve confestim apportabit. Quocirca tam in hoc, quam in cæteris omnibus viscerum affectibus cibi concoctu difficilissimas canes pejus et angue sunt vitandi; et qui conceduntur digestibiles ea tantum quantitate sumendi, quæ ad vitam sustinendam possint sufficere.

Fœminarum nonnullas vexat affectus hysterici species quædam, colicam biliosam ita ad unguem referens, tam doloris acerbitate quam situ, tum etiam humoribus coloris flavi viridisque vomitu rejectis, ut mihi obiter tractanda veniat, ne à quopiam pro jam dicto morbo hæc habeatur.

Quæ habitu corporis laxo crudoque sunt mulieres cum hoc malo præ cæteris conflictantur, quæque alio aliquo affectu hysterico jam pridem laboraverunt, aut (quod sæpenumero fieri solet) quæ à partu difficili ac laborioso ob natum infantem grandiusculum, qui vires et naturam maternas nimis exhaustis, vix evasere. Regionem ventriculi, nonnunquam et paulo inferiorem, dolor haud mitior quam in passione colica iliaca primæ obsidet, quem vomitiones sequuntur enormes, nunc viridis materiæ, nunc vero flavæ. His accedit (quod sæpe observavi) major animi dejectio desperatioque, quam in morbo alio quocumque. Post diem unum alterumve facessit dolor, qui post paucas septimanas revertitur, nihilo lenius sæviens quam antequam solveretur paroxysmus. *Ictericum* quan-

mos hablado. Como esta enfermedad, en efecto, recidiva más que otra alguna, y además tiene su asiento en los instrumentos principales de la digestión (esto es, las vísceras, ya debilitadas por ella), un error, por levísimo que sea, en este punto, ocasionará inmediatamente un mal no leve. Por esta razón, tanto en ésta como en todas las demás afecciones de las vísceras del vientre, deben huirse los alimentos indigestos como el mayor de los peligros, y los que se conceda de los fácilmente digestibles, se tomarán sólo en la cantidad necesaria para sostener la vida.

A algunas mujeres atormenta cierta especie de afecto histérico, tan extraordinariamente parecido al cólico bilioso, así por la agudeza del dolor cuanto por su sitio, y tambien por los vómitos de humores amarillos y verdes, que debo ocuparme en él brevemente, para evitar que se confunda por alguno con la ya dicha enfermedad.

Se presenta generalmente en las mujeres de complexion floja y débil; en las que ya ántes han padecido otra afección histérica, y tambien, y esto es muy frecuente, en las que acaban de salir de un parto difícil y laborioso por el gran tamaño del niño, que ha estenuado excesivamente sus fuerzas y su naturaleza. Preséntase primero un dolor no ménos intenso que el de la pasión cólica ó iliaca en la region del estómago, y algunas veces un poco más abajo, al que siguen vómitos enormes de materia, ora verde, ora amarilla. Añádese á ésto, como he tenido ocasión de observarlo muchas veces, un abatimiento y desesperacion mayores que en ninguna otra enfermedad. Despues de uno ó dos dias se calma el dolor, que vuelve pasadas algunas semanas, acometiendo con no ménos

doque satis spectabilem, comitem sibi adsciscit, intra dies pauculos sponte evanescentem. Cessantibus jam symptomatis omnibus, ubi ægra sibi satis valere videatur, levissima animi commotio, sive ab ira, sive à dolore ea fuerit excitata (quibus hoc in casu promptissime afficiuntur feminae) dolorem fere revocat, quod etiam et de ambulatione, et de alio exercitio quolibet præmature nimis suscepto dicendum est; cum ab hujusmodi causis eleventur vapores in habitu corporis laxo atque imbecilliori. Vapores cum vulgo dico, cum sive istiusmodi sint, sive *convulsiones* particularum partium, utrovis pariter modo solventur phenomena. Hi vapores, sive convulsiones hæ, ubi hanc illamve corporis regionem invaserint, pariunt symptomata, ei, quam invasere, parti accommoda; ac proinde licet unum atque eundem ubique morbum faciant, plerosque tamen quibus miserè cruciantur affabre simulant, quod vel ex hoc liquet affectu, qui cum partes *colo* adjacentes insederit, *colicam biliosam* adamussim imitatur. Neque minus id patet in multis aliis corporis partibus eodem morbo tactis; verbi gratia, nonnunquam *renum* alterum vehementissimo dolore afficit, unde vomitus immanis; atque etiam per ureteris ductum persæpe delatus, *calculum* simulat, et cum ab enematis aliisque medicamentis litontripticis et calculo exturbando dicatis exasperatur, uno eodemque tenore diutissime affligit, subinde etiam (præter morem suum, cum per se omni vacet periculo) ægrum ad plures deducit. Vidi insuper et symptomata ab eodem prognata, quæ *vesicæ calculum* omnino referebant. Non ita diu est, à quo noctu excitabar ut Comitissæ mihi vicinæ, dolore in vesicæ regione admodum violento et urinæ sup-

fuerza que ántes que terminase el paroxismo. A veces se le junta una ictericia muy marcada, que se desvanece espontáneamente en pocos dias. Calmados ya todos los síntomas, cuando la enferma cree hallarse bastante bien, la menor conmocion del alma excitada ya por la ira, ya por el sentimiento (á que en estos casos son muy accesibles las mujeres) determina nuevamente el dolor, lo que puede tambien decirse del paseo y de cualquier otro ejercicio hecho demasiado prematuramente; pues que todas estas causas ocasionan la formacion de vapores en las constituciones flojas y débiles. Digo vapores con el vulgo, puesto que ya sean éstos, ya convulsiones de partes especiales, los fenómenos se explican de igual manera en ambos casos. Estos vapores ó convulsiones luego que han invadido ésta ó la otra parte del cuerpo, determinan los síntomas propios de la que han atacado, y por consiguiente, aunque produzcan siempre una sola y misma enfermedad, simulan, sin embargo, perfecta mente, muchas de las que atormentan al género humano; como lo demuestra suficientemente esta afeccion que, localizada en las partes próximas al cólon, imita perfectamente un cólico bilioso. Esto mismo aparece no ménos claramente en otras muchas partes del cuerpo afectadas de esta misma enfermedad; así, por ejemplo, algunas veces determina un veheméntísimo dolor en uno de los riñones, que ocasiona vómitos incoercibles, y que, extendiéndose muy á menudo tambien, á lo largo de los uréteres, simula un cálculo, y exasperándose por los enematis y demás medicamentes litontríficos y por los apropiados para remover los cálculos, se sostiene con igual intensidad por larguísimo tiempo, llegando en ocasiones hasta

presione derepente correptæ, consulerem. Cum ego illam affectibus hystericis variis obnoxiam certo scirem, atque ex eo augurarer, non isto eam, quem putabant laborare morbo, enemata, quæ parabat ancilla, injici non patiebar, ne ab iis cresceret morbus, at horum loco, atque emollientium, verbi gratia, *syrupus de althæa*, etc., quæ adferebat pharmacopola, narcoticum exhibui, quod symptoma illud subito compescuit. Neque sane vel una aliqua pars corporis ab hujus mali insultibus penitus eximitur, sive interna ea fuerit, sive externa, ut sunt fauces, coxæ, crura, in quibus omnibus dolorem excitat intolerabilem, atque, ubi discesserit, teneritudinem quandam quæ tangi recuset, relinquit, perinde ac si carnes multo verberæ fuerint emollitæ.

Del mismo modo que he expuesto brevemente algo acerca de la historia del cólico histérico, para no confundirle equivocadamente con el bilioso, así diré tambien de paso alguna cosa relativamente á la curacion del síntoma dolor que le acompaña, pues la curacion radical, que quitando la causa, quita la enfermedad, pertenece realmente á otro estudio y á otro lugar.

Quemadmodum autem quædam ad colicæ hystericæ historiam pertinentia obiter tradidi, ne scilicet illa pro biliosa falso haberetur; ita et quædam etiam alia obiter attingam, ad symptomatis doloris, qui eam comitatur, curationem facientia: curatio enim radicalis, quæ morbum sublatâ causa tollit, alterius omnino est et speculationis, et loci.

Vena sectio, et repetitæ purgationes, quæ in colica biliosa incipiente apertissime indicantur, hic locum

á matar al enfermo, contra lo acostumbrado, pues por sí misma no es peligrosa. He visto tambien síntomas determinados por ella, que se parecian completamente á los provocados por los cálculos de la vejiga. No hace todavía mucho tiempo fué llamado una noche para ver á una condesa, vecina mia, atacada repentinamente de un dolor muy violento en la region de la vejiga, y de supresion de orina. Constándome de cierto que padecia vários afectos histéricos, y habiendo juzgado, por tal motivo, que no tenía la enfermedad que se creia, no consentí, por miedo á que aumentára la enfermedad, que se le administráran unas lavativas que la preparaba una sirvienta, y en su lugar, y en el de los emolientes, tales como el jarabe de altea, etc., que habia traido un boticario, propiné un narcótico, que acalló inmediatamente aquel síntoma. Y en verdad que ni una sola parte del cuerpo está exenta de los ataques de esta enfermedad, ora sea interna, ora externa, como la garganta, las caderas, las ingles, en todas las cuales determina un dolor intolerable; que deja, luégo que ha desaparecido, cierta sensibilidad que hace que el enfermo rehuya todo roce, como si las carnes hubieran sido reblandecidas á fuerza de azotes.

Las sangrías y las purgas repetidas, que en el principio del cólico bilioso están clarísimamente indicadas,

non habent nisi in casu infra dicendo. Docet enim experientia, et exasperari dolorem, et invalescere symptomata alia omnia, à tumultu, quem ista cient, adjuta; atque adeo plus semel animadverti, enematum vel lenissimorum, repetitionem, continuam symptomatum seriem invexisse. Experientiæ ratio etiam adstipulabitur, quæ morbum hunc à spirituum potius ataxia atque inordinato motu, quam humorum vitio aliquo produci dictabit, si expendamus nempe circumstantias illas, quibus ut plurimum originem suam debet. Hujusmodi sunt, magnæ atque indubitæ sanguinis profusiones, motus animi uti etiam et corporis violentiores, et alia id genus. Quæ omnia, remedia illa suadent proscribenda, à quibus major spirituum perturbatio possit excitari, atque eorum loco anodyna esse usurpanda, licet viridis ac pravus materiæ vomitu rejectæ color, contrarium indicare videatur. Subtilior enim est atque minutior colorum speculatio, quam ut evacuationibus, quas ipso facto nocentes deprehendimus, auctoritatem conciliare valeat. Nullusque dubito, morbum hunc (qui licet acerbissimum dolorem, nullum tamen vitæ discrimen apportat) ob errores hoc nomine commisos, lethalem sæpenumero evadere. Adde, quod si quis emeticum vel fortissimum hodie propinaverit ut scilicet eam, quam putat, morbi mineram exhauriat, ægra postero die materiam æque viridem aut pravi alterius coloris, atque erat prior illa, evomet.

no son en éste aplicables sino en el caso de que después haremos mención. Enseña, en efecto, la experiencia que se exaspera el dolor y aumentan todos los demás síntomas á consecuencia del tumulto que tales medios promueven, y más de una vez he visto que la repetición de lavativas, áun muy sencillas, ha determinado la continuación de todos los síntomas. A la experiencia apoya también la razón, que nos dicta que esta enfermedad es producida más bien por la ataxia y movimiento desordenado de los espíritus que por un vicio humoral, con sólo que analicemos las circunstancias de que las más veces se origina. Estas causas son las grandes y extemporáneas pérdidas de sangre, las conmociones violentas, así del cuerpo como del alma, y otras de este género. Todas ellas inducen á proscibir los remedios que pueden excitar una perturbación mayor de los espíritus, y á emplear en su lugar los anodinos, aunque el color verde y depravado de la materia arrojada por vómito parezca indicar lo contrario. Son demasiado sutiles é inciertas las deducciones que pueden hacerse de los colores para que basten á autorizar evacuaciones que la experiencia misma nos ha enseñado que son perjudiciales. Y estoy íntimamente persuadido de que esta enfermedad, que, á pesar del vehementísimo dolor que ocasiona, no ofrece peligro alguno para la vida, llega á hacerse mortal muchas veces por los errores cometidos en este sentido. Añádase el que cuando se administra un emético, siquiera sea enérgico en un cierto día para agotar rápidamente lo que se tiene por foco de la enfermedad, la enferma vomita todavía al siguiente una materia igualmente verde ó de otro cualquiera mal color, como lo era la primera.

Observandum est tamen, eam quandoque sanguinis atque humorem copiam reperiri, quæ narcotici operationi eo usque obsistat, ut, quamlibet sæpissime repetatur, orgasmum tamen cohibere nequeat, nisi secta prius ægræ vena, aut alvo subducta; quod in fœminis temperamenti magis sanguinei atque viraginitibus mihi subit notare. Si ita se res habeat, vel phlebotomia, vel catharsi, forte etiam utraque, anodyno via aperienda est. Celebrata enim harum utraque, narcoticum, quod prius summa licet dosi exhibitum nihil quicquam profecit, jam etiam in mediocri dosi, effectum obtinebit, cui destinabatur. Raro autem hoc contingit, neque tum reiteranda sunt hæc remedia. Quibus præmissis, ubi opus iis fuerit, in anodynis ea methodo, quam in colica biliosa proposuimus exhibendis progrediendum est, quæ crebrius parciusve sunt ingerenda pro doloris recedentis ratione. Quæ quidem methodus præsens atque instans vehementissimi doloris symptomata tantum respicit; cum non hic loci illam, quæ morbi causæ occurritur, tractandam in me receperim.

Cum vero hic morbus tam in hypochondriacis, quam hysteriis (nam in utroque, ut alio loco dicetur, par est ratio) sæpissime in *icterum* desinere soleat, atque iisdem passibus, quibus hic ingreditur, iste se proripiat; observandum occurrit, quod in hac icteri specie curanda cathartica omnia, vel omnino omittenda, vel si adhibenda fuerint, rhabarbaro solum, vel leni quovis medicamento utendum. Etenim metuendum, ne à catharsi novi tumultus cieantur, ac proinde symptomata omnia postliminio recurrant. In hoc itaque casu nihil omnino agendum, cum icterus huic occasionem originem debens, sen-

Debe observarse, no obstante, que en ocasiones existe un exceso de sangre y de humores que se opone de tal manera á la accion del narcótico, que aún repetido muy á menudo, no puede, sin embargo, cohibir el orgasmo sin sangrar ó purgar ántes á la enferma, cosa que he tenido ocasion de observar en las mujeres de temperamento sanguíneo y varoniles. Si tal sucede, ha de prepararse el camino al anodino con la sangría ó la purga, ó acaso con entrambas. Hecha, en efecto, una de éstas, el narcótico que ántes, aún dado á grandes dosis, no hubiera aprovechado nada, producirá ya, aún en dosis medianas, el efecto á que se le destina. Mas esto sucede raras veces, y ni aún entónces deben repetirse tales remedios. Una vez empleados éstos, cuando fueren necesarios, se procederá á administrar los anodinos con el método que propusimos en los cólicos biliosos, propinándolos más ó ménos á menudo segun se vaya retirando el dolor. Dicho método sólo tiene aplicacion en caso de presentarse con violéncia el síntoma dolor, no habiéndome propuesto tratar aquí del que debe oponerse á la causa de la enfermedad.

Mas como esta enfermedad, tanto en los hombres hipochondriacos como en las mujeres histéricas (pues que ambas afecciones, como en otro lugar se dirá, tienen igual naturaleza) suele degenerar muchas veces en ictericia, desapareciendo tambien á medida que ésta se va presentando, creo del caso advertir que en esta clase de ictericia es preciso emplear con sumo cuidado todos los purgantes, ú omitirlos por completo; y en caso de necesidad, se recurrirá solamente al rubarbo ó á cualquiera otro muy suave. Es, en efecto, de temer que á consecuencia de la purga se promuevan nuevos tumultos y por tanto vuelvan á apa-

sim sponte sua facessat, ac tandem brevi temporis spatio penitus evanescat. Sin autem icterus longas moras nectat, atque non nisi ægre discedere videatur, ad remedia confugiendum. Hoc uti soleo. *Recipe.*—*Radicis rubiæ tinctorum et curcumæ, ana, unciam.*—*Chelidonie majoris cum toto et summitatum centauree minoris, ana, manipulum.*—*Coque in æqualibus partibus vini Rhenani et aquæ fontis ad libras duas.*—*Coldtura dissolve syrupi de quinque radicibus, uncias duas.*—*Misce: fiat apozema: capiat libram semis calide mane et sero usque dum convalescit.* At ubi icterus per se invadit, colica neutiquam prægressa, omnino oportet, ut præter alterantia jam dicta, etiam cholagoga, id est, quæ per album bilem subducunt, ægro exhibeantur, nempe semel vel bis antequam aggrediatur usum præscripti apozematis, et postea semel singulis septimanis durante ejusdem usu. *Uf Recipe.*—*Electuario de succo rosarum, drachmas duas.*—*Rhabarbari subtilissime pulverati, drachmann semis.*—*Cremeris tartari, scrupulum.*—*Cum s. q. syrupi cichoriarum cum rheo fiat bolus.*—*Sumatur summo mane superbibendo vini Rhenani haustulum.* At si vel his diu continuatis morbus adhuc obstiterit, ad aquas ferreas, quales sunt istæ Tumbrigentes, adeundum, quæ ex ipso fonte bibendæ sunt singulis matutinis dum convalescit. Atque hæc de morbis hujus constitutionis.

recer todos los síntomas. Así, pues, lo mejor en este caso es no hacer nada; pues que la ictericia debida á semejante causa se disipa poco á poco espontáneamente, y al fin se desvanece por completo en breve tiempo. No obstante, quando la ictericia dura largo tiempo y no parece retirarse sino con dificultad, se recurrirá á los remedios. Suelo usar el siguiente. *Recipe.*—*De raíces de rubia de teñir y curcuma, de cada cosa una onza.*—*De celidoria mayor entera y sumidades de centaurea menor, de cada cosa un puñado.*—*Crúzase en partes iguales de vino del Rhin y agua de fuente en cantidad bastante para obtener dos libras.*—*Despues de colado disuélvase, de jarabe de las cinco raíces, dos onzas.*—*Mézclase: hágase apozema, y tómese media libra en caliente mañana y tarde hasta convalecer.* Mas cuando la ictericia se presenta por sí misma, sin haber precedido cólicos, es preciso que, además de los alterantes ya dichos, se den al enfermo colagogos, esto es, medios que expulsan la bilis por abajo, y esto una ó dos veces antes de empezar á usar el apocema prescrito, y despues una vez por semana durante su uso. Por ejemplo: *Recipe.*—*Electuario de zumo de rosas, dos drachmas.*—*Ruibarbo en polvo finísimo, media dracma.*—*Cremer de tartaro, un escrúpulo.*—*Con suficiente cantidad de jarabe de achicorias con ruibarbo, hágase un bolo; tómese muy temprano, bebiendo despues un trago de vino del Rhin.* Si aun á pesar del uso de estos medios subsistiese la enfermedad, se enviará al enfermo á tomar aguas ferruginosas, que les son las Tumbrigenses, que se beberán todas las mañanas en la fuente misma hasta convalecer. Y esto es lo que tenia que decir acerca de las enfermedades de esta constitucion.

SECTIO QUINTA

CAPUT PRIMUM.

Constitutio epidémica partis anni 1673 atque integrorum 1674, 1675.

Circa initium mensis Julii 1673 alia quædam febris species est ingressa, constitutione vero necdum ita ad eam unice disposita, ut penitus excluderentur constitutionis præcedentis morbi, non admodum fuit epidémica. Nondum enim desierat ista variolarum species, quæ anno 1670 primum cepit invadere, licet jam et rarius occurreret, et mitiora symptomata; ita ut bini hi morbi pari fere passu procederent; neuter vero multum grassaretur. Priori constitutione nondum ita prorsus evanescente ut nullos proferret morbos veteris præcipue (dysenteriae enim perpaucæ adhuc reperiebantur), neque nova ita adhuc confirmata, ut eos produceret, qui alios exterminarent omnes.

Et per autumnum hunc et hyemem omnem variolæ pari cum hac febre incedebant passu, neutro tamen morbo admodum grassante, atque interim tantum non extinguiebantur dysenteriae. Novembri autem tum currente, post acerrimum gelu ad dies aliquot perdurans, succedente insperato tempestate calidiori, quam ego me per istud anni tempus unquam observasse memini, pauculae dysenteriae et paulo ante, et circiter festum *Nativitatis Domini* hic illic spargebantur. Hæc autem extremum mo-

SECCION QUINTA

CAPÍTULO PRIMERO.

Constitucion epidémica de parte del año 1673, y del 74 y 75 integros.

Hácia principios del mes de Julio de 1673 se presentó una nueva especie de fiebre; pero no siendo la constitucion tan exclusivamente adecuada para ella que rechazára completamente las enfermedades de la constitucion precedente, no fué muy interesantemente epidémica. Todavía, en efecto, no habia desaparecido aquella clase de viruelas que empezaron en el año de 1670, aunque ocurrían ya rara vez y con síntomas más leves; y así estas dos enfermedades existían en casi iguales proporciones, sin que ni una ni otra fuera, sin embargo, considerable; y ni se habia desvanecido tan completamente la anterior constitucion que no produjera algunas enfermedades de las que la eran propias (pues aún se presentaban algunas disenterías), ni la nueva se habia todavía confirmado suficientemente para producir enfermedades que disiparan todas las demás.

Por este otoño, y durante todo el invierno, existieron igualmente las viruelas y esta fiebre, sin que ni las unas ni la otra se extendieran mucho, sin embargo; y entre tanto, fueron reduciéndose hasta casi extinguirse las disenterías. En el mes de Noviembre, y despues de un infensísimo frio que duró algunos dias, y á que siguió repentinamente una temperatura tan elevada que no recuerdo haberla visto nunca igual en semejante época del año, aparecieron en distintos puntos algunas disenterías,

rientis lucernæ conatum referebant, mox enim morbus hicce (ista saltem ejus species) omnino intercidit.

Præmature admodum sequente anno, mense scilicet Januario, invadebant morbilli, haud minus epidemici atque erant isti, qui eodem ferme tempore anni 1670 fuerant ingressi. Etenim in nullam non fere familiam se insinuabant, infantes præ cæteris omnes adorti. Non autem perinde regulares erant, neque typum ita adamussim servabant, atque isti, qui prædicto anno infestabant. De hac autem illorum ab invicem discrepantia plura dicam, ubi de illis agam particularius. Hi magis in dies magisque grassabantur ad æquinoctium usque vernale, à quo tempore iisdem gradibus decrecebant, donec paulo post elapsum solstitium æstivum tandem evanescerent.

Sicut autem morbilli epidemici, qui invadebant initio anni 1670 variolas nigras ibidem descriptas, introducebant, hi pariter haud minus epidemici, qui initio hujus anni comparebant, variolarum, speciem introduxere isti persimilem. Cum enim (quod potius est notatum) variolæ præcedentis constitutionis post priores annos duos pustulas emitterent minus nigricantes, majores insuper sensim et majores donec sub finem anni 1673 pro speciei ratione, mites essent et benignæ, jam recepta pristina feritate, et pessimis symptomatibus stipatæ revertebantur. Invaluit hæc variolarum species autumno proximo, longius etiam in hyemem excurrens, quæ, cum solitis calidior multo esset, morbo favebat; appetente vero tempestate frigidiore immixta est, febris jam grassanti mox locum cedens.

poco ántes y alrededor de Nochebuena; pero éstas parecían el último fulgor de una luz que se apaga, pues inmediatamente esta enfermedad (al ménos aquella especie de ella) desapareció por completo.

En el año siguiente muy temprano, esto es, en el mes de Enero, se presentó un sarampion, no ménos epidémico que el que casi en la misma época apareció en el año 1670. Se insinuaba en casi todas las familias, atacando con preferéncia á los niños. No era, empero, tan regular, ni se acomodaba tan constantemente á un tipo determinado, como el que existia en el año anterior. Hablaré largamente de la diferencia entre uno y otro al ocuparme en él en particular. El de este año aumentó más y más de dia en dia, hasta el equinoccio primaveral, desde cuyo tiempo decreció en la misma proporción hasta que por fin se disipó poco despues de pasado el solsticio de estío.

Así como el sarampion epidémico, que invadió á principios del año 1670, dió entrada á las viruelas negras en él descritas, de igual manera el no ménos epidémico que apareció á principio de este año trajo consigo una especie de viruela muy semejante á aquella. Así que (segun ya hem os notado) habiendo presentado las viruelas de la constitucion precedente, despues de los dos primeros años en que existieron, pústulas ménos negras y cada vez mayores, hasta hacerse, á fines de 1673, y relativamente á su especie, sencillas y benignas, recuperaron de nuevo su primitiva violencia, y volvieron tambien á acompañarse de malísimos síntomas. Esta especie de viruela se desarrolló extraordinariamente en el próximo otoño, prolongándose hasta muy entrado el invierno, que, siendo mucho más cálido que lo acostumbrado, favoreció á esta

Febris hæc, quæ per annum perseveraret omnem, initio Julii 75 longe lateque depopulata est; sed autumno jam appropinquante in viscera cœpit converti, nunc dysenteriae symptomatis, nunc diarrhoea se prodens, licet quandoque neque hanc haberet comitem, neque illam, sed caput magis tentabat, stupidiore reddens ægros. Variolæ interea, quæ jam pauculos hinc inde affecerant, sub æquinotium autumnale penitus disparerant, vix unum alterumve jugulantes. Jam enim febris alios vincens epidemicos, anni prædominio potiebatur. Observandum est nihilominus, quod cum proclivior esset febris hæc materiam morbificam in viscera deponere, quæ dysenteriam quandoque, sæpius autem diarrhoeam excitabat, ex hac occasione ventris tormina eam edidisse stragem vulgo putabantur, quæ febrili huic revera fuerat imputanda; licet nemo, qui ægrotos hoc autumno tractaverit, nescius sit quantum invaluerit hæc febris; ut nec etiam, dysenteriam dictam et diarrhoeam pro symptomatibus magis quam morbis essentialibus ac primariis haberi debuisset.

Nunc febris ista cursum tenuit per omnem autumnum, nunc caput petens, nunc viscera, ubique sæviens sub persona symptomatum iis partibus accidentium, ad finem usque Octobris, quo tempore, quæ eo usque tepida atque ad instar æstatis placida fuerat tempestas, repente in fri-

enfermedad; mas sobreviniendo el frio, disminuyó, dejando inmediatamente su lugar á la fiebre, que empezaba á reinar.

Esta fiebre, que persistió todo el año, se extendió en todas direcciones á principios de Julio de 1675; pero al comenzar el otoño empezó á localizarse en los intestinos, ora manifestándose por los síntomas de la disentería, ora por los de la diarrea, aunque en ocasiones no se acompañaba ni de una ni de otra, sino que afectaba más á la cabeza, poniendo estúpidos á los enfermos. Entre tanto las viruelas, que ya desde este tiempo habian atacado á pocos, desaparecieron completamente hácia el equinocio otoñal, atacando apenas á alguno que otro. La fiebre, en efecto, sobreponiéndose ya á las demás enfermedades epidémicas, se habia apoderado del predominio del año. Debe, no obstante, observarse que, teniendo esta fiebre gran tendencia á depositar en las vísceras la materia morbífica, determinando así unas veces la disentería, y más á menudo la diarrea, creia con tal motivo el vulgo que los dolores de vientre eran los que producian los desórdenes que en realidad debian imputarse á la fiebre; mas ningun médico que hubiere tratado enfermos en este otoño puede ignorar hasta qué punto llegó la intensidad de esta fiebre, como ni tampoco que la disentería y diarrea dichas debian considerarse como síntomas más bien que como enfermedades esenciales y primitivas.

En algunos casos se prolongó esta enfermedad por todo el otoño, ya afectando la cabeza, ya las vísceras, atormentando siempre bajo la apariencia de los síntomas propios de estas partes hasta el fin de Octubre, en cuya época, el tiempo, que hasta entónces habia sido templado, y como

gidam humidamque est mutata, unde etiam catarrhi et tussis increbuerunt magis quam alio ullo, quod memini tempore. Quod autem maximi erat momenti, tussibus hisce supervenire solebat febris hujus constitutionis stationaria, quæ ansa hinc arrepta et magis grassabatur, et quædam etiam symptomata variabat. Cum enim paulo ante insultus, ut jam dictum, in præfatas partes plerumque fieret, nunc in pulmones et pleuram præ cæteris detorquebatur, unde symptomata nascebantur peripneumoniaca, et pleurítica, licet eadem omnino febris esset, quæ Julio 1673 ingressa sine quavis symptomatum alteratione progrediebatur, donec catarrhi isti accederent.

Hi catarrhi et tusses usque ad exitum Novembris perseverabant, quo elapso repente minuebantur. Febris autem eadem plane mansit, atque erat antequam catarrhi se ostenderent, licet nec ita prorsus epidémica, neque iisdem symptomatibus stipata, cum horum utrumque per accidens à catarrhis penderet. Quin etiam recedentibus catarrhis variolæ hinc inde spargi cœperunt, ejusdem planè generis cum variolis anni præcedentis; sed cum jam secundum ferme annum explevisseant, non ita atrocía erant symptomata, ac ubi primum invaderent. Quamdiu adhuc stabit hæc constitutio, dicere non habeo; id certo scio illam perquam anómalam atque irregularem hactenus fuisse, atque morbos omnes per eam natos ejusdem omnino indolis.

De hujus constitutionis epidémicis, eo quo se invicem ordine excipiebant, jam agam.

de estío benigno, se cambió de repente en frío y húmedo, por lo que tambien los catarrros y las toses se presentaron en mayor número del que yo me acuerdo haber visto en ningun otro tiempo. Lo más notable era que en estas toses solia sobrevenir la fiebre estacionaria de esta constitucion, que, tomando de aquí su punto de partida, se extendia más, y variaba tambien ciertos síntomas. Así, mientras que poco ántes atacaba principalmente, como se ha dicho, á las partes ya indicadas, ahora se fijaba con especialidad en los pulmones y pleura, de donde se originaban signos peripneumónicos y pleuríticos, aunque fuese realmente la misma fiebre, que habiendo empezado en Julio de 1673, siguió, sin alteracion alguna de síntomas, hasta que se presentaron estos catarrros.

Estos catarrros y toses persistieron hasta fin de Noviembre, pasado el cual disminuyeron repentinamente. Pero la fiebre subsistió enteramente lo mismo que ántes de la aparicion de los catarrros, aunque ni tan extensamente epidémica, ni acompañada de los mismos síntomas, pues que estas dos cosas dependian accidentalmente de los catarrros. Luégo que se retiraron estos, empezaron á aparecer viruelas de clase igual á las del precedente año; pero siendo ya éste el segundo de su existencia, no fueron tan violentos los síntomas como cuando empezaron á invadir. Cuánto tiempo durará todavía esta constitucion, no puedo decirlo; sé solamente de cierto que hasta el presente ha sido extraordinariamente anómala, y todas las enfermedades producidas por ella, anómalas asimismo.

Paso á tratar de las enfermedades epidémicas de esta constitucion en el órden en que se sucedieron mutuamente.

CAPUT II.

Febris continua, annorum 1673, 74, 75.

Hæc, perinde atque alii epidemici, mox ab ingressu sociâ habebat symptomata, quæ indicia haud obscura dabant majorem et spirituosam magis tunc esse inflammationem, quam ubi morbus magis adoleverat. Etenim primo quo invadebat anno, uti et vere insequente, symptomata pleuritica febrî superveniebant, et sanguis è venis extractus (saltem pro prima et secunda vice) pleuriticorum referebat sanguinem, at morbo jam proveciori cessabant ea signa inflammationis intensioris.

Præter symptomata febribus universis communia, hanc febrem ista sequebantur. Ut plurimum afficiebatur æger dolore capitis et dorsi satis atroci, stupore item, et dolore articularum artuumque tensivo, imo et totius corporis; at mitiori aliquanto quam rheumatismo laborantes. Primis diebus calor et frigus, sibi invicem succedebant, quandoque etiam inenante morbo æger in sudatunculas erat propensior. Lingua, ubi febris suo genio erat permissa, nec sicca, nec à colore naturali multum recedens, nisi quod magis alberet, neque sitis multum urgebat: quod si excalefieret æger ultra ordinariam febris sortem, lingua aridissima erat cum flavedine subfusca, sitis etiam intendebatur, urinaque, quæ aliter colorem fere naturalem servare solebat, intense rubebat.

CAPITULO II.

Fiebre continua de los años 1673, 74 y 75.

Esta fiebre, lo mismo que las demás enfermedades epidémicas, presentaba inmediatamente despues de su invasion síntomas que indicaban claramente ser entónces mayor y más violenta la inflamacion que despues de haber subsistido más tiempo. Así, en el primer año en que invadió, lo mismo que en la siguiente primavera, sobrevenian con la fiebre síntomas de pleuresías, y la sangre extraida de la vena (al ménos la primera y segunda vez) se parecía á la de los pleuríticos; pero cesaron tales signos de tan intensa inflamacion luégo que la enfermedad estuvo más adelantada.

Además de los síntomas comunes á toda fiebre, acompañaban á ésta los siguientes: en la mayoría de los casos atacaba al enfermo un dolor de cabeza y espalda bastante intenso, con más, estupor y dolor tensivo de las articulaciones y miembros, y de todo el cuerpo, pero ménos fuerte que el del reumatismo. En los primeros dias se sucedian alternativas de calor y de frío, y en algunos casos, y tambien al principio de la enfermedad, el enfermo tenía bastante propension á sudar. La lengua, siempre que se abandonaba la fiebre á sí misma, ni era seca, ni se separaba mucho de su color natural, á no hacerse algo más blanca; tampoco era mucha la sed. Pero si se excitaba el enfermo más de lo que consentia la índole particular de esta fiebre, la lengua se ponía sumamente áspera, de un color rojo oscuro, y aumentaba la sed; y la orina, que fuera de este caso conservaba casi por completo su color natural, se hacía intensamente roja.

Febris his tantum gravata symptomatibus si perite tractaretur, die decimoquarto ægro valedicebat; pertinacissima, primo post vicesimum.

Inter hujusce febris symptomata eminebat affectus quidam comati haud dissimilis, quo correptus æger obstupebat delirabatque, imo ad septimanas aliquot dormitabat nonnunquam, nec nisi valido clamore expergiscebatur, à quo ægre excitatus oculos aperiebat tantum, et post ingestum sive medicamentum, sive potum, cui assueverat, mox in stuporem dilabebatur ita quandoque profundum ut in aponia desineret absolutissima.

Qui sic fuerat affectus æger ubi ad se rediit, die vicesimo octavo vel trigessimio cœpit convallescere, cujus primum signum erat, quod cibi aut potus genus aliquod insuetum aut absurdum deperiret. Convalescenti caput ad dies aliquot debile atque infirmum, nunc versus hanc partem, nunc illam nutabat; aliaque aderant signa, quo caput plurima fuisse passum ostenderent. At quo passu vires restituebantur, eo ipso discessit dictum symptoma.

Quandoque non tam dormitabat æger, quam tranquile delirabat, incongrua tamen subinde effutians ceu iratus, ac mente motus; at non eo excandescentiæ et furoris ascendebat, quo solent ii, qui à variolis, atque aliis febribus phrenitici fiunt à quibus hic in eo etiam discriminabatur, quod per intervalla abrupte dormiebat, stertebat etiam profundius. Adhæc non ita erat acutum hoc symptoma atque illud, sed erat diu-

En los casos en que esta fiebre presentaba solamente los síntomas dichos, abandonaba al enfermo, con tal que se le hubiera tratado convenientemente, el dia catorce, y á más tardar el veintiuno.

Entre los síntomas de esta fiebre sobresalía cierta indisposicion parecida al coma, una vez atacado por la cual, el enfermo, sobrevenia el estupor, deliraba y áun permanecia dormido á veces por espacio de algunas semanas, sin que se lograra despertarle sino con grandes voces, merced á las que, excitado el enfermo, se conseguia solamente que abriera los ojos, y despues de tomar el alimento ó bebida á que se habia acostumbrado, volvía á caer en el estupor, de tal manera profundo en ocasiones que permanecia en un silencio absoluto.

El enfermo que habia sido afectado de este modo, luégo que volvía en sí, empezaba á convalecer al dia veintiocho ó treinta, siendo el primer signo de la convalecencia el desear con ánsia algun género de comida ó bebida, inacostumbrado y absurdo. La cabeza en los convalcientes quedaba por algunos dias débil y sin fuerzas, inclinándose á uno ú otro lado, presentándose tambien otros síntomas, que demostraban que la cabeza habia padecido mucho. Mas á medida que se recobraban las fuerzas, desaparecia dicho síntoma.

En ocasiones, no tanto dormía el enfermo como deliraba tranquilamente, charlando, sin embargo, inconvenientemente de cuando en cuando, como enfadado y sin juicio, mas sin llegar al grado de excitacion y furor á que suelen alcanzar los que delirau á consecuencia de las viruelas y otras fiebres, de los que se distinguía además el enfermo de ésta, porque á lo mejor se dormía de pronto y roncaba tambien profundamente. Ade-

turnius. Pueris etiam hoc plerumque accidebat, aut iis, qui nondum adoleverunt; illud adultis maxime. In utrisque vero si ingererentur calidiora remedia, et sollicitarentur sudores, malum in caput facile transterebatur, et dictis symptomatibus ansam præbebat.

Ubi vero symptoma hoc nec sponte sua accessit, nec medicamentorum vi coactum, morbus intra diem decimumquartum terminabatur ut plurimum, nonnunquam etiam intra tertium quartumve, quod factum vidi.

Autumno 1675, ut supra innuimus, febris hæc per dysenteriam sibi fugam querere, nonnunquam et per diarrhoeam affectabat. Harum posterior præcipue sæpe excurrebat, stupore adhuc manente. Utraque vero quantum diligenti observatione assequi poteram, nihil erat aliud, quam febris symptoma.

Curacionem hujus febris quod atinet, sub primum introitum, nempe Julio 1673, tum ex variis phœnomenis ab istis longe diversis, quæ præcedentem comitabantur, tum ex eo quod catharticis minus pareret, quibus felicissime febres omnes constitutionis prægressæ deviceram, statim didici, febrem hanc esse alterius plane familiæ, et diutius, quam solebam alias in ejus specie investiganda hærebam, et ex consequenti anxius dubitabam, quem mihi curacionis scopum proponerem. Quo enim tempore primum erupit hæc febris, nullum habuit alium epidemicum sibi simultaneum, cujus perpecto genio de hujus natura verisimile aliquid conjectare possem, cum variolæ, uti dixi, quæ illam comitabantur, nigrarum istarum, quo anno 1670, invase-

más, no era este delirio tan violento como aquél, pero en cambio se prolongaba más. El delirio tranquilo sobrevenia principalmente en los niños ó en los todavía no adultos, y el furioso más á los adultos. En unos y otros, no obstante, si se administraban remedios demasiado excitantes y se provocaban sudores, se trasladaba fácilmente el mal á la cabeza, dando lugar á los fenómenos dichos.

En los casos en que este síntoma ni sobrevino espontáneamente ni fué provocado con medicamentos, la enfermedad terminaba por lo comun en el dia catorce, y algunas veces al tercerq ó cuarto, segun ví realizado.

En el otoño de 1675, conforme á lo arriba indicado, esta fiebre tenía tendencia á desaparecer por disentería, y alguna vez por diarrea. Esta última principalmente se presentaba muy á merudo, subsistiendo aún el estupor. Entrambas, empero, en cuanto pude averiguar por medio de una diligente observacion, no eran más que síntomas de la fiebre.

Por lo que hace á la curacion de esta fiebre, comprendí inmediatamente de su aparicion, esto es, en Julio de 1673, ya por sus vários fenómenos, muy diferentes de los que acompañaban á la precedente, ya tambien porque no obedecia á los purgantes con que habia combatido felicisimamente todas las febres de la constitucion pasada, que era de una especie completamente distinta, cuya naturaleza tardé, sin embargo, en averiguar más tiempo de lo que en otros casos acostumbra, vacilando, por consiguiente, entre tanto, sin saber qué objeto curativo proponerme. En la época en que primero apareció la fiebre no existia, en efecto, otra enfermedad epidémica simultánea con ella, y de que por la investigacion de su genio pudiera haber

rant, reliquias omnino referrent, jamque et mitissimæ essent, et tantum non exolerent. Nihil itaque aliud jam restabat, nisi ut in hunc morbum nudum et ab aliis sepositum accuratissimo examine inquirerem, atque oculo ad *juvantia* et *lædentia*, quam diligenter maxime potui semper intento, viam pro virili, exploratoris instar, prætentarem. Atrox capitis dolor, propensioque quam habebat hic morbus ad dolores lateribus infingendos, tum etiam sanguis pleuriticorum similis, me statim edocebant, inflammationem haud mediocrem huic feбри subesse, nec tamen eam posse ferre largiorem istam evacuationem, quæ pleuritidi convenit; sanguis enim post primam aut secundam saltem vicem detractus glutinis colorem, quo tegebatur superficies, protinus amisit, nec repetita adhuc venæ sectione levabatur æger, nisi forte morbus in pleuritidem veram transiret; quod nonnumquam accidebat post regimen justo calidius, præsertim primo vere quo invadebat, scilicet anno 1674, quo tempore à solis accessu occasionem nactus (cum etiam nondum adolesceret morbus et principio magis spirituosum in niteretur quam postea) ad genuè peripneumonicum videbatur accedere. Cum vero et experientia et exemplo à repetita phlebotomia deterrerer licet luce clarius esset febrim hanc præcipue sub primum ingressum haud parum inflammatoriam fuisse, nihil jam restabat, quo ejus calor restingui posset præter enemata sæpius repetenda, et medicamenta refrigerantia. At præter hoc affectus inflammationem aperte prodentes, illud stuporis phenomenon, feбри huic quam alii cuilibet familiaris, omnino indicabat, continuo repetenda esse enemata, quibus materia febrilis, quæ ita prompte caput petebat, ab eo di-

deducido algo verosímil acerca de la naturaleza de ésta: como quiera que las viruelas que, como dije, la acompañaban, eran realmente reliquias de las negras que invadieran el año 1670, y ya benignísimas y á punto de desaparecer. Así, no me quedada otro recurso que el de examinar con gran atención á esta enfermedad en sí misma y aislada de otras; y fija continuamente la vista en lo provechoso y en lo perjudicial, inquirir por todos los medios posibles el método que debia seguir. El intenso dolor de cabeza y la propension que tenía esta enfermedad á producir dolores en los costados, así como tambien el ser la sangre semejante á la de los pleuríticos, me hicieron comprender inmediatamente que esta fiebre iba acompañada de una inflamacion no pequeña, que sin embargo no podia soportar las grandes evacuaciones que son necesarias en la pleuresía, pues la sangre, despues de la primera, ó cuando más de la segunda sangría, dejaba de presentar costra en su superficie, sin que su repeticion aliviára al enfermo, á no cambiarse la enfermedad en una verdadera pleuresía, cosa que alguna vez sucedia despues de haber empleado un régimen más cálido de lo regular, principalmente en la primera primavera en que invadió, esto es, en el año 1674, en cuya época, habiendo sido producida por el calor de la estacion, y en ocasion en que estando todavía la enfermedad en su primer período, se hallaba sostenida por un principio más espirituoso que despues, parecia aproximarse á las perineumonías. Mas como quiera que la experiencia y la práctica me hicieron desistir de la sangría repetida, aunque fuera más claro que la luz que esta fiebre, principalmente al tiempo de su presentacion, era no

verteretur; quin et venæ sectioni repetitæ, quam ægre tulit propria hujus morbi natura substituebantur illa atque ejus pensabant defectum, sanguinis fervorem placide ac sensim contemperantia, et causam eliminantia morbificam. Porro judicabam emplastra epispastica satis ampla cervici posteriori applicita in hac febre potius ex usu fore quam in aliis, quibus materia febrilis haud ex æquo caput tentabat; etenim à cruciati et fervore vehementibus, quos dicta epispastica parti, cui imponuntur, solent imprimere, materia, quæ secus in caput ascenderet, in locum affectum corrivatur. His et regimini ad eundem refrigerandi sanguinis scopum facienti, tandem morbus quasi naturaliter sponteque sua cedebat, quantumlibet sæviret, si methodo ab hac diversa eum quis aggredere-tur; quod mihi ab experimentis plus satis frequentibus abunde liquebat.

Hunc itaque cursum institui. Sanguinem è brachii venis mittendum, ea quantitate, quæ ægri viribus, ætati, aliisque circumstantiis convenire mihi visa est, ante omnia curabam, atque eodem fere tempore emplastrum epispasticum bene largum nuchæ applicandum. Die proximo clysterem lenitivum ita tempori in-

poco inflamatoria, nada quedaba ya con que apaciguar su calor, fuera de los enemas muy repetidos y los medicamentos refrigerantes. Además de los signos manifiestos de inflamacion, el fenómeno del estupor, más comun en esta fiebre que en otra alguna, indicaba perfectamente que debian repetirse continuamente las lavativas, para con ellas desviar de la cabeza la materia febril que tan rápidamente se dirigia á este punto, las cuales además sustituian á la sangría repetida, que no convenia con la naturaleza especial de esta enfermedad y compensaban su defecto, atemperando suave y paulatinamente el hervor de la sangre y eliminando la materia morbífica. Creí tambien que la aplicación de emplastos epispásticos bastante grandes á la nuca debía ser más oportuna en esta fiebre que en otras, en que la materia febril no afecta igualmente la cabeza, pues por lo intenso del dolor y calor que suelen determinar dichos epispásticos en la parte á que se aplican, la materia, que de otra manera se dirigiria á la cabeza, se deriva á la parte irritada. Con estos medios y un régimen adecuado para conseguir el mismo objeto de refrigerar la sangre, cedia al fin la enfermedad como natural y espontáneamente; miéntras que se hacia sumamente rebelde cuando se la atacaba con un método diferente de éste, como experimentos numerosísimos me lo demostraron clarísimamente.

Así, pues, procedí del modo siguiente: Procuraba ante todo que se sacára sangre del brazo, en la cantidad que me parecia convenir á las fuerzas, edad y demás circunstancias del enfermo, aplicando al mismo tiempo un epispástico bien ancho á la nuca. Al dia siguiente mandaba inyectar una lavativa laxante bastante

jiciendum præcepi, ut ante noctem sedari posset tumultus, qui ab eo inter operandum excitaretur, hora scilicet secunda tertiave post meridiem. Repetebatur enema illud singulis diebus, donec imminueretur morbi vis. Quo quidem tempore ab eo cessandum esse duxi, imo et maturius, si nempe febris diem quartum et decimum excessisset, jamque inveterasceret, quo in casu licet ab enematis præcedentibus debellata non fuerit, eadem tamen post elapsos hos dies supervacanea esse comperi: morbi enim acie per ebullitionem prægressam jam retusa, atque ægro extra periculum constituto, et à symptomatibus violentioribus, quæ ab eo pendebant, securo, nihil prius erat, quam ut morbum suo uti genio, et quasi sensim deflagrare, ac suis viribus ruere sineremus. Quod mihi semper cessit melius quam evacuationem qualemcunque violentiorem hoc tempore moliri. Ægro interim carnibus interdixi, cerevisiam vero tenuem ad arbitrium concessi.

Restat et aliud, quod, quia multiplici experientia astipulante ægris optime solebat vertere, in describendo hujuscæ morbi regimine mihi minime prætereundum fuit, nempe ut æger quotidie lecto abstineret, saltem ad horas aliquot; vel si id vetaret major ejus debilitas, vestes saltem indueret, et supra lectum cubaret, capite paulo elatiori. Etenim cum magnum illum impetum, quo febris in caput ferebatur, et inflammatoriam simul sanguinis diathesim contemplarer, subiit mihi in mentem, ægrum à corporis positura nonnihil emolumenti capere posse; si nempe ea talis fuerit, ut à circumambiente nullatenus augesceret calor (quod omnino fieri necesse est, si in lecto se jugiter contineat) neque sangui-

temprano, esto es, á las dos ó las tres de la tarde, para que pudiera calmarse ántes de la noche el tumulto que determinára durante su accion. Se repetia la misma lavativa todos los días hasta que se disminuia la violencia de la enfermedad. En esta época mandaba suspender su uso, y áun ántes, si la fiebre habia pasado del día catorce y se habia inveterado, en cuyo caso observé que aunque no hubiese sido destruida por las lavativas precedentes, era inútil insistir en ellas pasados estos días; pues rebajada ya la intensidad de la enfermedad por la ebullicion pasada, y hallándose el enfermo fuera de peligro y libre de los síntomas más violentos, nada convenia más que abandonar la enfermedad á la naturaleza y dejarla debilitarse y desvanecerse paulatinamente por sí misma. Esto me probó siempre mejor que provocar en tales circunstancias una cualquiera evacuacion abundante. Durante este tiempo prohibia á los enfermos las carnes, pero les concedia cerveza ténue á voluntad.

Réstame indicar otro medio que ya que una múltiple experiencia demostró solia probar muy bien á los enfermos, no debo pasar en silencio, al detallar el régimen conveniente en esta enfermedad; cual es, que el enfermo se levantára todos los días de la cama, siquiera por algunas horas; ó si á esto se oponia su gran debilidad, que se vistiera al ménos y se echase sobre el lecho con la cabeza más elevada. Fijándome, en efecto, en la gran prontitud con que en esta fiebre se afectaba la cabeza, y al propio tiempo en la diatésis inflamatoria de la sangre, me ocurrió que el enfermo podria alcanzar alguna ventaja de la postura del cuerpo, siempre que fuera tal, que la atmósfera que le rodeára no aumentára el calor (cosa

nis in capitis arcem tendentis impetus promoveretur, cum illinc cerebri fervor intendatur, proindeque spiritus animales calefiant atque exagitantur à quibus et vehementior cordis vibratio et febris augmentum.

Quantumlibet autem ægris conducatur in febribus omnibus, quæ inflammationis intensioris sunt participes, ut non semper lecto incarcerentur, animadvertendum est tamen, eosdem, si ditius, quam par erat, pro una vice à lecto abfuerint, declinante præsertim morbo, in dolores vagos, qui in rheumatismo, desinere possint, nonnunquam de facili incidere, nonnunquam etiam superficiem corporis ictero deturpari; quæ si cui contingant, lecto addicendus est, quo apertis cutisspiraculis commode diffilare possint istiusmodi particulae, quæ malorum alterutri fomitem præbent; hoc vero ad diem unum aut alterum tantum, sudore non provocato. Hujusmodi autem accidentia oppido rara sunt, nec nisi in febris declinatione comparent unquam; quo tempore cum jam morbus mitior est, longe tutius ægro permittes, ut in lecto assidue decumbat, quam vel initio, vel in statu; quinimo per hoc tempus id magis confert ad materiam febrilem digerendam, quæ, si æger maturius lecto affigatur, effertur magis atque incenditur.

Hic si quis objecerit, dictam methodum, licet ad sanguinis impetum à capite emolendum reficiendumque ægrum, satis commodam, minus tamen expedire, eo quod evacuationi per sudores, qua materia febrilis jam concocta eliminanda omnino erat, fficiet, respondeo, nihil agere con-

que necesariamente habria de suceder de mantenerse contantemente en el lecho), ni favoreciera el aflujo de la sangre que se dirige al cerebro; pues que de otra manera, excitándose el cerebro, é irritados y agitados por consiguiente los espíritus animales, se hacen más intensos los latidos del corazon y se aumenta la fiebre.

Mas por muy conveniente que sea á los enfermos en todas las fiebres dependientes de una inflamacion intensa el no estar siempre sujetos en la cama, debe advertirse, no obstante, que si permanecen levantados cada vez más tiempo del debido, principalmente ántes de declinar la enfermedad, suelen contraer con suma facilidad dolores vagos, que pueden degenerar en reumatismo, presentándose tambien en algunos la ictericia, en cuyo caso debe el enfermo volverse á la cama, donde, dilatados los poros de la piel, puedan disiparse cómodamente las partículas que son el punto de partida de uno ú otro de estos males; mas esto solamente por uno ó dos dias, y sin provocar el sudor. Tales accidentes son raros en la práctica, y no aparecen nunca sino es en la declinacion de la fiebre; en cuya época, siendo ya ménos violenta la enfermedad, se puede permitir con ménos riesgo al enfermo que se esté constantemente en la cama que en el principio ó en el estado. Además de que en tal época ésto contribuye mejor á la digestion de la materia febril, que se irrita y enciende más, de quedarse ántes el enfermo en la cama.

Si alguno objetase aquí que dicho método, aunque bastante útil para disminuir el aflujo de sangre hácia la cabeza y reanimar al enfermo, no conviene, sin embargo, por oponerse á la evacuacion por sudores con que la materia febril, ya cocida, debiera ser por completo eliminada, respondo

tra sentientem, nisi prius argumentis confecerit hujusmodi evacuationem omni feбри deberi, quod haud ita in proclivi atque facile est. Docet enim experientia, non autem ratio, quænam februm species per diaphoresin et quæ per catharsin sit exterminanda, etc. Quinimo est cur arbitremur, dari quasdam februm species, quas natura methodo sibi peculiari, sine visibili aliqua evacuatione, ablegat, reduciendo scilicet in sanguinis massam eique asimilando materiam illam morbificam, quæ cum eodem minus quadrabat. Qua ego nixus ratione, sæpenumero tam in hac februm specie, quam aliis, modo intermittentes non essent, mox à primo insultu totoque sanguine nondum inquinato, easdem in ordinem redege, imperato tantum cerevisiæ tenuissimæ, quoties ac quantum desiderarent, potu, esuque tam jusculorum, quam aliorum, cujuscumque generis sint, is ægrinterdicto, permissis interim et exercitii consueti usu, et aura liberiore, nullaque prorsus evacuatione vel semel instituta. Sane omnimoda solum hujusmodi per biduum triduumve abstinentia liberos meos ac amicitia mihi conjunctissimos curavi. Verum hoc remedio non nisi in junioribus ac temperamento sanguineo præditis est utendum.

Quod si demus, naturam non alia methodo quam per diaphoresin morbum vincere posse, an non eos volumus sudores, qui morbo jam fatisciente prorumpunt, et prævia digestionem fluunt, non vero istos, qui primis morbi diebus protrusi, ab interrupta furentis naturæ œconomia nascuntur? Hujusmodi opinor, sudo-

que esto nada prueba, á ménos que préviamente se demuestre que semejante evacuacion se debe á toda fiebre, cosa que no es tan factible y fácil. La experiencia, en efecto, no la razon, es la que enseña qué clases de fiebres son las que deben curarse con los diaforéticos, y cuáles por purgas, etc. Además de que no faltan tampoco motivos para pensar que existen algunas especies de fiebres que termina la naturaleza por un mecanismo que la es peculiar y sin evacuacion alguna sensible, modificando y asimilando á la masa de la sangre la materia morbífica, inasimilable ántes á ella. Fundado en esta razon, he curado muchas veces fiebres, así de esta especie como de otras, con tal que no fueran intermitentes, inmediatamente despues de su aparicion y ántes de haberse inficionado toda la masa de la sangre, con sólo mandar á los enfermos que bebieran una cerveza ténue siempre y en la cantidad que quisiesen, prohibiéndolos tomar así caldos como cualquier otra cosa, permitiéndolos al propio tiempo entregarse á sus ejercicios acostumbrados y exponerse al aire libre, y sin determinar absolutamente ninguna evacuacion ni áun una vez sola. Y por cierto que sólo con una dieta absoluta semejante, por espacio de dos ó tres dias, he curado á mis hijos y amigos íntimos. Este método, empero, no debe seguirse sino en los jóvenes y dotados de temperamento sanguíneo.

Aunque supongamos que la naturaleza no puede vencer á la enfermedad, más que por sudores, ¿por ventura no deseamos únicamente los que brotan ya disminuida ésta, y fluyen despues de una digestion prévia, y no los que forzados en los primeros dias de la enfermedad son debidos á la interrupcion de la accion de la natura-

res non erunt promovendi at compescendus potius tumultus ille, cui ortum suum debent. Istiusmodi autem sudores multas febrium species, licet non omnes, solent comitari. Neque enim sum nescius, quasdam febrium species ejus esse indolis, ut in declinatione sudorem hunc criticum sibi postulent; tales sunt particulares intermitentes paroxysmi; magna item et frequentissima naturæ febris ab illa pendens constitutione quæ ad intermitentes epidemice producendas unice faciat. In his enim, si cui methodo insistatur, quæ non eo tendit, ut materia morbifica digeratur primum, dein per sudores eliminetur, augebitur morbus. Quo circa nullæ hic evacuationes locum habere debent; nisi quatenus morbi impetum primis diebus, quibus aggreditur, sufflaminare valent, ne inter medentium operas æger fato succumbat. Quin et febris pestilentialis causa, cum tenuissima sit et perquam subtilis, vel primis morbi diebus, sudoribus diffari potest, suffragante ubique experientia.

Istis autem in febribus, in quibus ordinario symptomatum ductu, et si suo genio uti permittantur, nusquam videmus, naturam materiam morbificam jam præparatam tempore præfinito evacuare solere; nescio an non plus satis temerarius is fuerit, qui sudores provocando vim morbo inferre cogitet, atque ægrum ea sola methodo restituere, cum ut docet divinus senex invita natura, vana sunt omnia. Atque illud quidem usu venire autumno in febre hac particulari, de qua hic agimus, quam, multiplici experientia edoctus, satis scio

leza perturbada? Semejantes sudores no deben, en mi juicio, promoverse, sino que es preciso más bien tratar de apaciguar el tumulto á que deben su origen. Es verdad que aquella primera clase de sudores suele acompañar á diversas fiebres, aunque no á todas. Y ni ignoro que hay ciertas especies de fiebres de tal índole que exigen este sudor crítico en su declinacion, cuales son los paroxismos particulares de las intermitentes, y aquella otra notable y frecuentísima fiebre dependiente de la constitucion del aire que produce epidémicamente las intermitentes. En estas fiebres, en efecto, de seguir un método que no tenga por objeto dirigir primero, y eliminar despues por sudores la materia morbífica, se aumentará la enfermedad. Esta es la razon de por qué no debe procurarse en este caso ninguna evacuacion, si no es aquellas que en los primeros dias de la enfermedad puedan reprimir su violencia, evitando así que muera el enfermo durante las tentativas de curacion. Asimismo la causa de la fiebre pestilencial, siendo tenuísima y excesivamente sutil, puede disiparse tambien por sudores aún en los primeros dias de la enfermedad, como constantemente lo demuestra la experiencia.

Mas en las fiebres en que segun el curso ordinario de sus síntomas, y si se las abandona á sus tendencias propias, jamás vemos que la materia morbífica ya preparada suela evacuarse por la naturaleza en un tiempo determinado, ¿no sería excesivamente temerario el que pensára en disminuir la violencia de la enfermedad provocando el sudor, y en curar con sólo aquel método al enfermo, pues, como Hipócrates enseña, *oponiéndose la naturaleza todo es inútil?* Esto es lo que justamente creo que tiene aplicacion á la fiebre par-

sine sudoribus fugari posse; ægrum etiam, dum eisdem importunius sollicitamus, sæpenumero nulla cogente necessitate in manifestum vitæ discrimen conjici, à materia morbifica in caput sursum lata. Attamen neque in hac febre, neque in alia qualibet, vel ex eis, quæ sudore critico solvi non solent, si forte hujusmodi sudor morbo jam imminuto sponte supervenerit, quem symptomatum omnium remissione debitæ concoctionis sobolem esse arbitramur, medicorum prudentissimus quisque eum contemnet; ubi vero non ita sponte exit, qui certo scire possumus, an non hominem è medio tollamus, dum humores regimine et cardiacis calidioribus ad ejusmodi sudores disponere nitimur? Si quis forte in thesaurum inciderit, nisi desiprat, humo tollet; stultus autem sit oportet, qui hac fretus fortuna omnem adhibet operam, ut alium ejusmodi cum vitæ periculo adipiscatur. Quo vero cunque modo hæc se res habeat, mihi abunde constat, solam febrem calorem eum secum adferre, qui materiæ febrili ad coctionem præparande possit sufficere, neque eo intensiorem à regimine fervido forinsecus accersendum.

Præfatam methodum per venæsectionem atque enemata in hujusce febris curatione quam felicissime succedere comperiebam; eam vero, quoties à diaphoreticis lacesseretur non solum mali moris symptomata, sed etiam dubium semper exitum habuisse. Interim symptomata eminebat, tacitum illud delirium, quod non tam insana

particular en que ahora nos ocupamos; que, aleccionado por una larga experiencia, sé que puede disiparse sin sudores, miéntras que si los solicitamos importunamente se expone al enfermo sin ninguna perentoria necesidad á un manifesto peligro de la vida, por la traslacion de la materia morbífica á la cabeza. No obstante, cuando en esta fiebre ó en cualquiera otra, áun de las que no suelen resolverse por sudor crítico, sobreviniere por casualidad y espontáneamente, habiendo disminuido ya la enfermedad, un sudor semejante, que por la remision de todos los síntomas parezca originarse de una coccion conveniente, ningun médico prudente le despreciará; mas cuando no brota de esta manera espontánea, ¿cómo podremos saber con seguridad que no perjudicamos al enfermo empeñándonos en hacerle sudar con un régimen y medicamentos cálidos? A fé que si alguno acierta á encontrar un tesoro enterrado lo sacará de la tierra, á ménos que sea un tonto; fuera preciso en efecto, serlo rematado, para que confiando en semejante fortuna se tratára de alcanzar otra parecida exponiendo la vida. Mas sea de esto lo que quiera, estoy perfectamente convencido de que sola la fiebre puede proporcionarse á sí misma el calor suficiente para la coccion de la materia febril que debe ser elaborada, y que no se debe procurar un calor extraño más intenso por medio de un régimen caliente.

He observado que el predicho método por la sangría y las lavativas, probaba felicísimamente en la curacion de esta fiebre, miéntras que cuando se la atacaba con el empleo de sudoríficos, no sólo presentaba síntomas de mal carácter, sino que su éxito era siempre dudoso. Entre sus síntomas sobresalia aquel delirio ba-

ioquacitate seprodebat, quam stupore coma æmulante, quod, uti diximus, huic feбри frequens solebat accidere. Hoc symptoma (licet nonnunquam sponte sua ortum illud viderim) à nimia tamen curatricum diligentia in provocandis sudoribus male posita, ut plurimum invitabatur. Hoc enim pacto materia morbifica, quæ in hac febris specie sudoribus morem gerere recusabat, vehementer exagitata in caput tandem elevabatur cum ingenti ægrorum discrimine.

Jam pridem animadverti in curatione febris constitutionis alterius, quod per ultimos annos hujusmodi stupor pueros maxime, atque eos, qui ex ephebis vix excesserant, subinde invadebat, sed nec ita profundus, nec perinde epidemicus atque erat is, qui hanc febrim comitabatur. Neque tamen illum, licet huic inferiorem, multo minus hunc, ubi primum ingrederetur morbus, edomare potui; licet nullum non lapidem moverim, repetitis venæ sectionibus, non in brachiis tantum, sed cervicæ etiam et pedibus, emplastris vesicatoriis, cucurbitilis, enematis, diaphoreticis omnis generis, etc., in partes adscitis. Tandem statui post sanguinem è brachio eductum, epispasticum cervicæ applicatum, atque enemata duo vel tria è lacte et saccharo injecta primis morbi diebus, nihil quicquam amplius moliri nisi quod ægrum et à carnibus, et à liquoribus spirituosis quibuscumque arcerem. Ad naturæ methodum interim attendebam, cujus ego vestigiis inhærens symptoma hoc superare tandem discerem. Morbus interim cui invigilabam, tuto licet tarde recedens, tandem evanuit. Huic itaque methodo insistendum mihi esse duxi in febr-

jo, que no se manifestaba tanto por una insana locuacidad, quanto por un estupor parecido al coma, que, segun hemos dicho, solia ocurrir frecuentemente en esta fiebre. Este síntoma (aunque alguna vez le ví nacer espontáneamente) aparecia en la mayoría de los casos á consecuencia del excesivo celo de las asistentas ignorantes por provocar los sudores; pues agitada violentamente, merced á tales tentativas, la materia morbífica, que en esta especie de fiebre no tenía tendencia á eliminarse por sudores, se dirigia al fin á la cabeza, con gran perjuicio de los enfermos.

Ya ántes he advertido al exponer la curacion de la fiebre de otra constitucion, que en sus últimos años se presentaba algunas veces un estupor semejante, principalmente en los niños y en aquellos que apenas habian salido de la pubertad; pero ni era tan profundo ni tan epidémico como el que acompañaba á esta fiebre. No me fué posible, sin embargo, conseguir disipar aquél, no obstante ser muy inferior á éste y mucho ménos á éste en el principio de la enfermedad, aunque no dejé de probar ningun recurso, repitiendo las sangrías, no sólo en el brazo, sino tambien en el cuello y en los piés, aplicando emplastos vexicatorios, moxas, lavativas, sudoríficos de todas clases, etc. Al fin determiné, empezando por sangrar del brazo, aplicar despues un epispástico á la nuca é inyectar dos ó tres lavativas de leche y azúcar en los primeros dias, y sin hacer ninguna otra cosa más que prohibir al enfermo las carnes y todo líquido espirituoso, observaba al propio tiempo las tendencias de la naturaleza, con objeto de inquirir al fin, siguiendo sus huellas, el modo de combatir este síntoma. Entre tanto que la observaba, la enfermedad fué retirándose de

bus, quas deinceps tractavi universis; quod quidem, si et symptomatis magnitudinem et eventum ubique votis respondentem spectamus, haud parvi momenti mihi videtur.

Et sane mihi nonnunquam subiiit cogitare, nos in morbis depellendis haud satis lente festinare, tardius vero nobis esse procedendum, et plus naturæ sæpenumero committendum, quam mos hodie obtinuit. Errat enim, sed neque errore erudito, qui naturam artis adminiculo ubique indigere existimat. Namque id si fieret, parcius humano generi eo prospexisset, quam postulat speciei conservatio; cum ne minima sit proportio inter morborum ingruentium frequentiam, et facultates, quibus pollent homines ad eosdem fugandos, vel iis sæculis, quibus medendi ars maxime caput extulit, et à quampluribus exulta est. Aliis in morbis quid hoc profecerit nescio. Illud satis scio ex diligenti observatione mihi adstipulante, quod in febre, de qua jam agimus, dictum symptoma post usurpatas evacuationes generales, venæ sectionem dico, et enemata, solo tempore feliciter solèbat vinci.

Antea diximus, convalescentiæ prænuincia signa ut plurimum ad diem usque tricesimum differri solere (in stupore scilicet paulo confirmatiori) ægro nonnunquam etiam aphonia correpto: quibus elapsis, incongruum aliquod atque absurdum sive cibi, sive potus genus importune flagitabat, ventriculi fermento à morbo diuturniore impensè vitiato. Hoc

cierto, aunque poco á poco y al fin se desvaneció por completo. En todas las fiebres que despues traté, creí por consiguiente deber insistir en este mismo método, que atendido lo formidable del síntoma y el éxito feliz siempre obtenido, me parece ser de no poco valor.

Y en verdad que se me ha ocurrido pensar algunas veces que en el tratamiento de las enfermedades no caminamos con lentitud suficiente, siendo así que debiéramos proceder muy despacio y dejar lugar á la naturaleza más á menudo de lo que se acostumbra. Es, en efecto, un error, y bien grósero por cierto, el creer que la naturaleza necesita siempre del auxilio del arte. Si tal sucediera no estaria bastantemente atendida la conservacion de la especie humana; como quiera que no existe ni áun la más pequeña proporcion entre el número de enfermedades que padecen los hombres y los medios de que disponen para combatir las, áun en aquellos siglos en que más ha florecido la medicina y en que ha sido más estudiada. No sé lo que en otras enfermedades pueda aprovechar este modo de proceder. Lo que de cierto sé y me ha enseñado una observacion atenta, es que en la fiebre de que tratamos, el estupor letárgico, despues de hechas las evacuaciones generales, esto es, la sangría y las lavativas, solia desaparecer por completo con sólo dejar pasar el tiempo.

Dijimos ántes que los signos precursóres de la convalecencia solian las más veces retardarse hasta el dia treinta (esto es, cuando el estupor era muy marcado), haciéndose alguna vez además afónico el enfermo; pasado cuyo tiempo pedia importunamente alguna clase de alimentos ó bebida inconveniente y absurda, á consecuencia de hallarse viciado excesivamente

in casu, quandoquidem jam exhaustæ corporis vires refectione omnino indigerent, lubens ea etiam concessi quæ minus ægro convenire viderentur, modo palato magis arriderent.

Mense Septembris 1674, filium novennem Librarii cujusdam ædibus meis vicini, nomine *Not* hac febre una cum symptomate jam sæpe memorato laborantem tractabam. Extracto è brachio sanguine, et clysteribus per primos aliquot morbi dies continuos injectis, importunissimæ matri obstabam, quæ rem ocyus expedire acriter urgebat, quam ego cum salute filii stare posse arbitrabar. Datis itaque induciis, nulloque medicamento alio propinato præter julapium aliquod è vulgaribus, quod pacandæ quidem matri potius destinabatur, quam filio restituendo, trigesimum circiter diem melius habere cœpit; edulia varia etiam absurda misere discupiens, quorum pars alia qua concedebatur, licet nullo alio nomine concedit debuisset; atque is tandem prorsus convaluit.

Quamvis autem stupor hic ad comatæ accedens naturam, huic febre aliis symptomatibus frequentius superveniebat, quandoque tamen, at rarius, phrenesis absque stupore nonnullis invadebat, in qua æger insonnes dies noctesque agebat, nulla ratione poterat regi; aliaque patiebatur symptomata iis similia, quæ vel ab aliis febribus, vel à variolis in phrenesi actos infestabant. Inducias non tulit symptoma hoc, ut solebat affectus comatosus jam memoratus, donec fieret digestio, ægrum vero intra paucos tollebat, nisi inflammatio cohibe-

el fermento del estómago por la prolongacion de la enfermedad. En tal caso, siendo absolutamente necesario reanimar las fuerzas debilitadas del enfermo, concedia de buen grado á un aquellas cosas que parecian convenirle ménos, con tal que le agradáran al paladar.

En el mes de Setiembre de 1674, traté á un niño de nueve años, hijo de un librero vecino de mi casa llamado *Not*, que padecia esta fiebre, acompañada al mismo tiempo del indicado síntoma. Sangrado del brazo y puestas lavativas por espacio de algunos dias seguidos de los primeros de la enfermedad, me opuse á los deseos de la madre, que sumamente importuna pedia con instancia que se acelerara la curacion más de lo que yo creia poder convenir á la salud de su hijo. Así, pues, dando tiempo al tiempo y sin emplear ningun otro medicamento, fuera de algun julepe de los vulgares, que tenia más por objeto calmar á la madre que curar al hijo, empezó éste á mejorar hácia el dia treinta, deseando tambien várias sustancias absurdas, de que se le concedió alguna parte, aunque no hubiera razon otra alguna para deber concedérselas, y al fin curó perfectamente.

Aun quando el dicho estupor afuese al coma sobreviniera en esta fiebre más frecuentemente que otros síntomas, alguna vez sin embargo, pero más rara, acometia á algunos un delirio sin estupor que impedia al enfermo dormir ni de dia ni de noche y que no podia hacerse desaparecer de ninguna manera, presentándose así mismo otros síntomas, semejantes á los que atacan á los delirantes en otras fiebres ó en las viruelas. Este síntoma no daba tiempo, como solia hacerlo la afeccion comatosa ya nombrada, á que se efectuára la digestion de la

retur. Atque hic mihi suppetias præ cæteris tulit *vitrioli spiritus*, quem post venæ sectionem atque enematis unius alteriusve injectionem cerevisiæ tenui instillatum pro potu ordinario concessi. Qui intra dies paucos et somnum conciliabat, et sanitatem, superatis symptomatibus, ægro reddebat; quod quidem nulla alia methodo efficere valebam. Atque hoc reiterata sæpe experientia mihi abunde constabat.

Febri huic, autumno 1675 et dejectiones dysentericæ superveniebant, quandoque et diarrhœa. Ista ego statim perspexi symptomáticas fuisse huic febri, non vero, ut in constitutione præcedenti, originales et primortas. Quo non obstante, cum morbi causa in sanguinis massa clauderetur, venæ sectionem ea indicabat; quæ quidem, propinato etiam post narcotico ad duas vices, symptomati huic debellando par erat.

Septembri 1675, Domina *Conysbi*, juxta Equilia Regia habitans me accersivit; laboraverat ea hac febre, ventris torminibus repente jam correpta; quæ deinceps excipiebant dejectiones sanguineæ ac mucosæ. Licet protritæ jam ab aliquot diebus, ob morbum diutinum, vires essent, maxime vero á dejectionum frequentia, quæ nocte prægressa multum fatigaverant, sanguinem tamen è brachio statim educendum curavi, et paulo post narcoticum exhibendum, quibus peractis ea ipsa nocte dejectiones stercorosæ conspiciebantur. Mane et vesperi sequentibus narcoticum repetebam prædictum, imperato etiam medicamento cardiaco moderatori, quo spiritus refocillarentur; atque ab his statim convaluit.

materia morbífica, sino que el enfermo moria en pocos dias, á ménos que se detuviese la inflamacion. En este caso me probó mejor que ninguna otra cosa el espíritu de vitriolo que disuelto en cerveza ténue disponia para bebida usual despues de hecha una sangría y de la inyeccion de una ó dos lavativas, y que en pocos dias conciliaba el sueño y dominados los síntomas volvía al enfermo á la salud; cosa que no pude conseguir con ningun otro método. Y esto me lo demostró perfectamente una experientia muchas veces repetida.

En el otoño de 1675 sobrevenian algunas veces despues de estas fiebres deposiciones disentericas ó diarrea. Conocí al punto que eran sintomáticas de esta fiebre, no como en la anterior constitucion idiopáticas y primitivas. No obstante lo cual, estando contenida la causa de la enfermedad en la masa de la sangre, se hallaba indicada la sangría, que con un narcótico dado despues por dos veces, era suficiente para destruir este síntoma.

En Setiembre de 1675 me llamó la señora Conysby, habitante cerca de las caballerizas reales: habia padecido esta fiebre y fué atacada repentinamente de dolores de vientre, á que siguieron luégo deposiciones sanguíneas y mucosas. Aunque las fuerzas estaban quebrantadas desde hacía algunos dias, por la prolongacion de la enfermedad, y principalmente por la frecuencia de las deposiciones, que la habian debilitado extraordinariamente en la pasada noche, mandé no obstante sangrarla del brazo inmediatamente y poco despues darla un narcótico, hecho lo cual, aparecieron estercoras las deposiciones aquella misma noche. En la mañana y tarde siguientes repetí el narcótico, habiendo mandado tambien un cardiaco mo-

Diarrhoeam quod attinet, quæ eodem fere anni tempore huic febrim haud raro accidebat, minus adhuc ista facessebat negotii, cumque ea neque ægro prodesset, neque etiam officeret, quantum mihi observare licuit (sive adesset stupor, sive etiam abesset) nullam ab illa indicationem curativam elicere valebam, modo intra eos staret limites, ut æger ab ea de vita non periclitaretur; quo in casu narcoticum sine dubio indicabatur, atque in eo solo probandus anodynorum usus per omnem morbi hujus decursum; ingens enim illa propensio qua hæc febre laborantes in stuporem ferebantur, ab his intendebatur, ac proinde nisi urgente necessitate in usum nunquam erant revocanda.

Notandum est haud raro accidere tam ab hac febre, quam febribus aliis convalescentibus, iis maxime quos illæ diutius maceraverant, nec nisi post longas magnasque evacuationes tandem dimiserant (præsertim si invalidiori essent corporis habitu) ut noctu in lecto cubantes, incalescerent primum, mox sudore diffuerent, à quibus vehementer infirmabantur, et vires tardius recipiebant, nonnulli etiam præcipitabantur in tabem. Cum symptoma hoc non aliunde nasci existimarem quam à sanguine ob morbum contumacitorem eo usque depauperato debilitatoque, ut succos, quos recenter adfectos nequiret assimilare, per sudores ejicere moliretur; ita affectis auctor semper fui, ut singulis auroris noctibusque coclearia quinque vel sex vini Malacensis annosioris haurirent, cujus usu ægris vires crescebant jugiter, et evanescebant sudores. Atque hæc de febre

derado con que se rehicieran los espíritus, y con esto convaleció inmediatamente.

Por lo que toca á la diarrea, que no raras veces se presentaba tambien hácia esta misma época del año, tiene aún ménos importancia que la disentería, y como ni aprovechaba ni perjudicaba al enfermo (presentárase ó no estupor), en cuanto me fué dado observar, no podia sacar de ella ninguna indicacion curativa, siempre que se mantuviese dentro de tales límites que no hiciera peligrar la vida del enfermo, en cuyo caso estaban indicados sin duda alguna los narcóticos, siendo el único en que podia aprobarse el uso de los anodinos por todo el curso de esta enfermedad, pues aumentaban la gran propension que tenian al estupor los enfermos de esta fiebre, y por tanto, á no ser la necesidad urgente, nunca debian emplearse.

Es digno de notarse que no era raro el que en los convalecientes, tanto de esta fiebre como de otras, principalmente en aquellos á quienes mortificaban más largo tiempo y no se desarraigaban al fin sino por prolongadas y grandes evacuaciones (principalmente siendo de constitucion delicada), que al acostarse de noche en la cama, se acalorasen primero y sedeshicieran despues en sudor, á consecuencia de lo cual se debilitaban extraordinariamente, tardando largo tiempo en recobrar las fuerzas y haciéndose tísicos algunos. Convencido de que este síntoma no era debido á otra cosa que á la depauperacion y debilitacion de la sangre, por lo pertinaz de la enfermedad, hasta el punto de determinar la expulsion por sudores de los jugos que recientemente absorbidos no podia asimilar, aconsejaba siempre á tales enfermos que todas las mañanas y

hujus constitutionis continua, quam ob insignem stuporem eam fere semper comitantem, lubet *comatosam* appellare.

CAPUT III.

Morbilli anni 1674.

Oriente anno, mense scilicet Januario 1673, 1674, ingressa est *morbillorum* species quædam ab ea diversa, quæ eodem mense anno 1669, 1670, invaserat; neque tamen minus epidemice sæviebant hi atque isti, sed non perinde erant regulares, neque ita constanter typum observabant. Nunc enim citius, nunc serius erumpent; cum in alia specie, eruptio in diem ab invasione quartum semper incidere. Adhæc humeros, et cæteras trunci partes, primum occupabant, cum isti alteri faciem primum peterent, et in reliquum corpus paulatim spargerentur. Nec hac in specie observare licuit, nisi rarissime, eas cuticulæ desquamations ad instar farinæ inspersæ, quoties recederent morbilli, quæ in alia specie haud minus certo conspiciebantur, quam post febris scarlatinæ decessum conspici solent. Plures insuper è medio tollebant, quoties imperite tractarentur quam priores illi. Febris enim et dispnæa, quæ morbillis abiturientibus solebant accidere, vehementiores erant, et peripneumoniam hic prorsus referebant, quam hi altero genere. Quamtu libet autem fuerint anomali atque irregulares hi morbilli quoad jam memorata symptomata, in præcipuis tamen satis iis competeat historia, quam de mor-

noches tomaran cinco ó seis cucharadas de vino de Málaga añejo, con cuyo uso las fuerzas del enfermo iban reponiéndose incesantemente y se dissipaban los sudores. Y esto acerca de la fiebre continua de esta constitucion, que por el notable estupor que casi siempre la acompañaba, me ha parecido deber llamar comatosa.

CAPITULO III.

Sarampion del año 1674.

Al nacer el año, esto es, en el mes de Enero de 1673 á 74, apareció una especie de sarampion diversa de la que habia invadido en el mismo mes de 1669 á 1670: no era, sin embargo, este sarampion ménos epidémico que aquél; pero no fué tan regular ni guardaba tan constantemente un tipo, pues ora brotaba más temprano, ora más tarde, miéntras que en la otra especie tenia siempre lugar la erupcion en el dia cuarto despues de la invasion. Además, aparecia primero en los hombros y demás partes del tronco, miéntras aquel otro se presentaba primero en la cara, extendiéndose paulatinamente á lo restante del cuerpo. Tampoco se advirtieron en esta especie sino muy rara vez aquellas descamaciones de la piel semejantes al salvado de harina que se presentaban siempre en la terminacion del sarampion de la otra especie, con no ménos seguridad, que suele verse á la terminacion de la fiebre escarlatina. Asimismo, era más mortífero que el primero cuando no se le trataba convenientemente. La fiebre, en efecto, y la disnea que solian ocurrir al desaparecer el sarampion, eran más intensas y tenian más parecido con la pulmonía que en la otra especie. Por muy anómalo, empero, é irregular que fuera este sa-

billis tradidi, cum morbos anno 1670 epidemicos describerem, quæ ideirco impræsentiarum repetenda non erit. Hi uti etiam priores isti, ad verum usque æquinoctium invalescebant, à quo tempore decrescentes, appetente solsticio æstivo, aut non diu post, evanuerunt.

Curatio, cum nulla ferme in re ab illa differat, quam in morbillorum historia jam fuse tradidi, exinde petenda est. Unicam tantum hic, pro meo more, instantiam adferam methodi, qua illas aggrediebar.

Februario 1674, Domina virtutibus ornatissima, atque in exemplum nata Comitissa *Salisburyensis* me accersivit: infantium unus tantum tum temporis ægrotabat, mox reliqui (quinque autem vel sex erant) quos omnes eadem methodo tractavi. Lectulo eos addixi ad dies binos ternosve ante eruptionem, ut sanguis, pro suo genio, particulas facile separabiles morbum committentes, per cutis poros eliminaret. Neque autem vel stragulis, vel igni quibus sani assueverant, quidquam adjici patiebar; ab esu carniarum arcebam, juscula avenacea, hordacea, ac subinde pomum coctum concedens, cerevisiam tenuem insuper, vel lac cum aquæ triplo coctum pro potu. Urgenteque pro more tussi, ptisanam, pectoralem sæpe assumendam prescripsi. His peractis, omnino convaluere, brevi illo spatio quod hic morbus solet percurrere, neque vel per ejus decursum, vel eodem fatiscente, symptomate quovis morbo huic non familiaris, tentabantur.

rampion por lo tocante á los síntomas indicados, en los principales, sin embargo, se avenia bastantemente con la historia que he dado del sarampion al describir las enfermedades epidémicas del año 1670, y que por tanto no tengo necesidad de repetir aquí. Este sarampion, lo mismo que aquel otro, aumentó hasta el equinoccio primaveral, y decreciendo desde esta época, se dispó al aparecer el solsticio del verano ó poco despues.

En cuanto á la curacion, como casi no se diferencia en nada de la que ya he expuesto detenidamente en la historia del sarampion, remitimos allí al lector. Solamente añadiré aquí, segun mi costumbre, un ejemplo del método con que le combatí.

En Febrero de 1674 me llamó la condesa de Salisbury, señora virtuosísima y modelo de mujeres: entónces solamente tenía el sarampion uno de sus hijos; despues enfermaron los demás (eran cinco ó seis), á todos los cuales traté de la misma manera. Los hice estar en la cama por espacio de dos ó tres dias ántes de la erupcion, con objeto de que la sangre eliminase naturalmente por los poros del cutis las partículas fácilmente separables que determinan esta enfermedad. No consentí que se aumentáran nada las ropas, ni el fuego á que estaban acostumbrados de sanos; los prohibí comer carnes, concediéndolos caldos de avena, cebada, y despues manzana cocida, y para bebida cerveza ténue ó leche cocida con triple cantidad de agua. Cuando se presentó, como de costumbre, la tos, los prescribí una tisana pectoral para tomar á menudo. Hecho esto, convaliéron por completo en el breve tiempo que suele durar esta enfermedad, y ni en su curso, ni al terminar fueron atacados de síntoma alguno no comun en esta dolencia.

Duobus primis mensibus quibus hæc morbillorum species se prodebat, intercurrebat et febris quædam morbillosa hic illic sparsa, in qua ectimata nonnulla per truncum corporis, colli præsertim posteriora, atque humeros erumpebant, ectimata morbillorum imitantia; à quibus in illo saltem disternabantur, quod non universum corpus pariter occuparent, quas diximus partibus contenta: febris etiam (licet ejusdem plane generis) immanior erat, et ad dies quatuordecim, nonnunquam etiam plures, protrahebatur. Nec venæ sectionem tulit hæc febris, nec enemata, ab utrisque irritata; at methodo quæ morbillis superius dicata est, lubens concessit. Atque hæc de morbillis fuerunt dicenda.

CAPUT IV.

Variolæ anomalæ, annorum 1674, 1675.

Quemadmodum morbilli epidemici initio anni 1670 incursantes variolas nigras ibidem delineatas introducere, ita etiam hi, qui haud minus epidemice grassabantur initio anni 1674 variolarum speciem introducebant tam earum similem, ut eædem istæ revixisse omnino viderentur, non aliæ subnasci: cum enim (ut jam diximus) in priore illa variolarum specie post elapsos priores annos duos, pustulæ minus in dies nigrae comparerent, et grandiores etiam pedetentim conspicerentur, donec œxeunte anno 1673 morbus jam mitis, habita generis ratione, ac benignus esset, jam pristina ferocia et infausto malorum symptomatum agmine stipatus denuo revertebatur. Etenim pustulæ fuliginem nigredine æquabant, ubi nempe confluerint; et æger non prius extingueretur quam ad maturitatem istæ pervenerint;

En los dos primeros meses en que se manifestó esta especie de sarampion se presentó en tal cual parte cierta fiebre morbillosa en que brotaban algunos ectimas en el tronco, principalmente en la parte posterior del cuello y hombros, parecidos á los del sarampion, de los que se diferenciaban solamente en no ocupar igualmente todo el cuerpo, limitándose á las partes que hemos dicho; tambien la fiebre (aunque completamente de la misma clase), era más intensa, y se prolongaba hasta catorce dias, y á veces más. No probaron bien en ella ni la sangría ni las lavativas, medios ambos que la exacerbaban; pero cedió bien al método señalado ántes para el sarampion. Tal es lo que tenía que decir acerca del sarampion.

CAPÍTULO IV.

Viruelas anómalas de los años 1674 y 75.

Del mismo modo que el sarampion epidémico que apareció al principio del año de 1670 abrió el camino á las viruelas negras con él descritas, así tambien el no ménos epidémico de principios del año de 1674 introdujo una especie de viruelas tan semejantes á aquellas, que parecian realmente un recrudecimiento de ellas mismas, no otras nuevamente aparecidas, puesto que habiéndose presentado, como ya hemos dicho, cada vez ménos negras y mayores las pústulas en aquella primera clase de viruelas, despues de pasados los dos primeros años, hasta que terminó el de 1672, en que la enfermedad, teniendo en cuenta su naturaleza, era más suave y benigna, volvió de nuevo con su primitiva violencia, y acompañada de un infausto cortejo de síntomas fatales. Las pústulas, en efecto, eran negras como el hollin, siempre que

immaturæ enim fusco tantum erant colore. Pustulæ quin etiam per pusillæ erant, si numerosæ (paucæ enim ubi fuerant tantum, haud erant minores, quam in aliis variolarum generibus, nigræ vero rarissimæ), verbo dicam, istas quas anno 1670 descripsimus satis referebant; licet non in omnibus cum iis quadrarent, distarent autem pauculis quibusdam, quæ quidem majorem sub his quam illis putredinem latere, naturæque eas esse magis crassæ, et incoctilis ostendebant. Maturæ enim pejus olebant, ita ut iisdem graviter laborantibus præ fœtore vix quidem accedere. Tardius enim periodum absoluebant, hærebantque diutius quam ulla species alia adhuc videre contigit.

Notatu interim est perdignum, quod quanto mitior est morbi species, tanto citius pustulæ ad maturitatem atque morbus ad finem perducitur. Ita in specie ista regulari variolarum confluentium, quæ anno 1667 ingressa est, dies *undecimus* maximum adferebat vitæ discrimen, quo semel elapso, non amplius ut plurimum ægro metuendum erat. In proxime sequenti specie anomala confluentium, quæ initio anni 1670 cœperunt invadere, æger die *decimo quarto*, vel ad extremum *decimo septimo* maxime periclitabatur, quos si æger superaverit, salvus omnino erat, nec quemquam post hunc diem ab hoc morbo interemptum hætenus observavi. At vero in hac specie confluentium, æger etiam post diem *vicessimum* contrucidaba-

confluían y que el enfermo no moría ántes de que llegáran á madurez, pues las no maduras eran solamente de un color moreno. Eran además las pústulas pequenísimas cuando se presentaban en gran número (pues cuando eran solamente pocas, no eran menores que en otras clases de viruelas, y las negras rarísimas); en una palabra, se parecían en gran manera á las que describimos, correspondientes al año 1670, aunque realmente no convinieran en todo con aquellas, pues se diferenciaban en algunas particularidades que demostraban la existencia de mayor putridéz en estas que en aquellas, y que la materia morbífica era más crasa y difícil de digerir. Luégo de maduras, en efecto, oían peor, hasta el punto de que, á causa del hedor, apenas se aproximaba nadie á los que las padecían gravemente. Recorrian su curso con más lentitud, y se prolongaban por más tiempo que ninguna otra especie de las que hasta ahora he tenido ocasion de ver.

Es muy digno de notarse que cuanto es más leve la especie de viruela, tanto más pronto llegan las pústulas á la madurez y la enfermedad á su término. Así en la especie regular de viruelas confluentes que apareció en el año de 1667, el día once era el de más péligro para el enfermo, una vez pasado el cual no habia ya por qué temer las más veces por el enfermo. En la próxima siguiente especie anómala de confluentes que empezaron á invadir á principio del año 1670, el enfermo peligraba principalmente el día catorce y á más tardar el diez y siete, de que si lograba pasar, se salvaba con seguridad, sin que haya visto hasta ahora morir ni uno de los atacados de esta enfermedad despues de este día. Pero en esta clase de viruelas confluentes los enfermos su-

tur, nonnunquam et si convalesceret, quæ paucorum sors erat, non tantum tibiæ intumescebant (quod quidem in variolis confluentibus quibusque familiare est) sed brachia insuper, humeri, crura, partesque aliæ; qui quidem tumores ab intolerabili dolore reumaticorum per omnia æmulo, tragediam ordiebantur; postea haud raro suppurabantur, et in sinus ingentes et partium musculosarum apostemata desinebant, ægro in vitæ periculo etiam ad multos dies à discessu variolarum adhuc versante. Adeo ut mihi luculenter constaret de gradibus, quibus hic se epidemicus promoveret per tres hæc constitutiones, quarum posterior priorem semper exuperavit, tum quoad majorem putredinem, tum quoad morbi materiam minus cocilem.

Videntur autem mihi hæc quas jam tracto variolæ, nova quædam variolarum species, è priore jam inveterascente suborta. Quamvis pro aeris diathesi eum producente epidemicum, variolæ nigræ, quæ initio anni 1670 primum se ostendebant, ad declinationem suam usque progredierentur, tamen ad instar recidivæ alicujus morbi à materia pristina denuo fermentescente, aer rursus ad variolarum productionem faciens, ex veteri penu easdem deprompsi, qui quidem morbus redintegratus sumpisque de novo viribus, reviviscere plane et quasi rejuvenescere videbatur. Tanto autem magis anomalæ hæc erant, tantoque magis intensam redolebant putrefactionem, quanto materia, è qua generabantur, ista crasior erat atque fæculentior, ad quam præcedentes primum ortum referebant. Quod ut magis elucescat, existimandum omnino est, nullam ejus-

cumbian en ocasiones áun despues del vigésimo dia, y algunas veces si convalecian, suerte reservada á pocos, no sólo se hinchaban las piernas (cosa comun en toda viruela confluyente) sino tambien los brazos, hombros, muslos y otras partes. Esta tumefaccion empezaba por un dolor intolerable, parecido en todo al del reumatismo, no siendo raro que viniere despues á supuracion determinando al fin la formacion de grandes focos y apostemas en las partes musculares que retenian al enfermo en peligro de muerte, áun muchos dias despues de la desaparicion de las viruelas. Así, pues, veia yo claramente tres grados distintos de esta enfermedad en las tres constituciones en que se desarrolló epidémicamente, y de los cuales el último excedia siempre al anterior, ya en cuanto á su mayor putridez, ya en cuanto á la mayor dificultad para la coccion de la materia morbosa.

Parécenme, pues, estas viruelas de que trato una nueva especie de viruelas nacida de la anterior, ya envejecida. Aunque por razon de la diatésis del aire, productora de tal enfermedad epidémica, las viruelas negras que aparecieron primero á principios del año 1670 llegarán á hacerse benignas y á mitigarse, sin embargo, del mismo modo que recidivan algunas enfermedades á consecuencia de una nueva fermentación de la materia primitiva, así, favoreciendo otra vez el aire la producción de las viruelas, determinó su reaparición del antiguo origen; y renovada y adquiriendo nuevas fuerzas esta enfermedad, pareció revivir y como rejuvenecerse. Fueron éstas tanto más anómalas, y determinaban una putrefacción tanto más intensa, cuanto la materia de que se producian era más crasa y abundante en heces que la á que las precedentes debian su primera apa-

modi diathesin in ipso aere supponi debere, quæ hunc hoc in loco epidemicum propaget, alium vero longe diversum in alio non ita multum distante; hoc enim si fieret (fit autem subinde) quilibet ventorum motus constitutionem diffilare valeret; vero autem similis mihi videtur hunc vel illum particularem aeristractum effluvis repleri à minerali aliqua fermentatione, quæ aerem, per quem feruntur, particulis nunc huic animalium generi, nunc alteri exitialibus, contaminantia, morbos variis terræ affectibus appropriatos eo usque propagant, donec expiraverit subterranea illa halituum minera, quæ pariter in novam denuo fermentationem agi possit, ex reliquiis nempe materiæ exolescentis, uti in casu jam memorato. Mihi vero, qui non ultra, quam res ipsa loquitur, sapere audeo, perinde est, an hæc, an alia aliqua hypothesis phænomena rectius solvat. Id saltem pro comperto habeo, quas jam tractavi variolas, præcedentis constitutionis variolis fuisse simillimas, nisi quod et crasiorem naturam, et putredinem longe intensiorem redolere viderentur. Quibus etiam de causis duabus, ubi admodum confluerent, plures orco dabant, quam species alia quælibet, quam mihi hactenus videre contigit; et si quid meo iudicio tribuendum sit, pestem ipsam, pro numero scilicet ægrorum, perniciæ æquabant, licet, ubi discretæ invaderent, haud certius intentarent periculum, quam alia quævis species, et tam pustularum magnitudine, quam colore, aliisque circumstantiis boni se moris esse faterentur.

ricion. Para comprender esto más perfectamente es preciso tener en cuenta que no debe suponerse una diatésis tal en el aire que pueda propagar una enfermedad en un punto, y otra muy diferente en otro no muy distante; pues si tal ocurriese (ocurre, sin embargo, algunas veces), cualquiera movimiento de los vientos podría hacer desaparecer la constitucion; sino que me parece más verosímil que tal ó cuál extension particular de la atmósfera se sature de effluvis procedentes de alguna fermentacion mineral, los cuales, depositando en el aire por que son arrastrados partículas perjudiciales para ésta ó la otra clase de animales, propagan las enfermedades apropiadas á las várias alteraciones de la tierra hasta que se agota el foco subterráneo de aquellos vapores, que pueden experimentar otra nueva fermentacion en los restos de la materia primitiva, como en el caso ya indicado. Para mí, empero, que no intento penetrar más allá de lo que la cosa misma enseña, es igual que sea ésta ó cualquiera otra la hipótesis que resuelva más acertadamente la cuestion. Solamente tengo por indudable que las viruelas en que me ocupó eran muy semejantes á las de la constitucion precedente, excepto en que parecian tener una naturaleza más crasa y una putridez mucho más intensa. Por estas dos causas es por lo que cuando confluian mucho, eran más mortíferas que otra especie cualquiera de las que hasta ahora he tenido ocasion de ver, y, si en algo ha de tenerse mi opinion, igualaban á la peste misma en malignidad, por el número de los atacados, aunque cuando se presentaban discretas no indujeran un peligro más cierto que cualquiera otra especie de viruelas, y tanto por el tamaño de sus pústulas

Curationem quod attinet; jam à multis annis miratus sum indicationes plane contrarias, quas hic mihi morbus subinnuere videbatur. Hinc enim luce clarius fuit à calidiori regimini symptomata quæ à nimia inflammatione pendent, statim produci, febrim scilicet, phrenesin, maculas purpureas, et similia quibus hic morbus præ cæteris quibusque est obnoxius; inde vero regimen justo frigidius faciei manuumque intumescentiæ, quæ hic apprime est necessaria, officere, et pustulas flaccidiores reddere. Postquam hæc diu multumque apud me satis anxie revolveram, intellexi tandem, utriusque huic incommodo eodem simul tempore posse occurri. Usus enim aquæ cum lacte coctæ, cerevisiæ tenuis, aut liquoris alterius similis liberaliorem concedendo, penes me erat internum sanguinis orgasmum frænare, atque ex adverso ægrum in lectulo jugiter definendo, ne brachio quidam exerto, blando ejus calore pustularum elevationem et faciei manuumque intumescentiam valebam promovere. Neque hæc secum methodus pugnare videtur, sanguis enim eruptione jam finita, particulas inflammatas in corporis habitum eructasse putandus est, neque jam stimulis ad ulteriorem materiæ secretionem indigere: ita ut, cum jam in habitu corporis, maturandisque abscessulis rei cardo versetur, id tantum sit agendum sanguinis nomine, ut scilicet sanguis ab halitibus calidis, à carne pustulis obsessa retro agendis; sartus tectus conservetur: pustularum vero, ut blando partium externarum calore ad maturitatem illæ perducantur. Jam vero, ut felicitè mihi cesserit hæc methodus, uti prius docui, in variolis aliis confluentibus, in istis

las cuanto por su color y demás circunstancias, fueran de buen carácter.

Por lo que toca á la curacion, hace ya muchos años que estoy admirado de las indicaciones abiertamente contrarias que me parecieron presentarse en esta enfermedad. Por una parte, aparecia más claro que la luz que, usando un régimen cálido, se producian inmediatamente los síntomas que dependen de una inflamacion excesiva, qual son, la fiebre, el delirio, las manchas purpúreas y semejantes á que esta enfermedad tiene más tendencia que otra alguna; por otra, un régimen más frio de lo debido se oponia á la intumescencia de la cara y de las manos, que es aquí tan necesaria y determinaba la flacidez de las pústulas. Despues de haber meditado mucho, con ansiedad y por largo tiempo, comprendí al fin que podia ocurrirse á estos dos inconvenientes á la vez. Permitiendo, en efecto, beber en abundancia agua cocida con leche, cerveza ténue ú otro líquido semejante, podia á mi arbitrio contener el orgasmo interior de la sangre, y, por el contrario, reteniendo continuamente al enfermo en la cama, sin sacar ni áun los brazos, podia promover con un blando calor la elevacion de las pústulas y la intumescencia de la cara y manos. Nada tienen, al parecer, de contradictorio entre sí las dos partes de este método, pues es de creer que, una vez acabada la erupcion, la sangre ha arrojado ya á la superficie del cuerpo las partículas inflamadas, y no necesita de nuevos estímulos para la ulterior secrecion de la materia; y siendo ya entónces lo esencial la maduracion de los abscesillos en la superficie del cuerpo, sólo se ha de procurar, con relacion á la sangre, que se conserve sana y á cubierto de las emanaciones cálidas que pudieran

tamen hujusce constitutionis illa me fefellit, ita ut eorum plerique, qui vehementius laborabant, interirent, sive methodo jam à me laudata, sive regimine et cardiacis calidioribus uterentur. Omnino itaque intellexi, desiderari aliud aliquid præter ista, quæ vel ad compescendam sanguinis ebullitionem vel ad pustularum elevationem, manuumque atque faciei intumescitiam facerent; desiderari scilicet aliquid, quod putrefactioni magis intensæ quam in his variolis præ cæteris quibusque observaram, vincendæ par esset. In mentem mihi tandem venit *vitrioli spiritus*, quem existimabam utriusque intentioni, tum putredini oppugnandæ, tum perdomandæ caloris ferociæ, satisfacere posse. Quamobrem ægro sibi relicto, donec et dolor et vomitatio, quæ eruptionem præcedere solent, jam desinerent, et variolæ coferto agmine prodirent omnes, tandem die quinto sextove dictum spiritum, cerevisiæ tenui ad levem aciditatem instillatum, pro potu ordinario concessi ad libitum sumendum, liberalius vero, cum appareret febris maturatio, quem potum, donec perfecte convalesceret, imperavi usurpandum quotidie.

Hic spiritus, ceu morbo revera specificus, symptomata omnia ad miraculum fere compescebat. Facies et maturius, et longe altius intumescibat. Variolarum interstitia, ad colorem magis rubrum, et rosæ damascenæ æmulum magis accedebant;

retropelerse de los tejidos subyacentes á las pústulas; y relativamente á éstas, que sean llevadas á madurez manteniendo un calor suave en las partes exteriores. Mas por felizmente que me haya probado este método, como ántes dije, en otras viruelas confluentes, me falló, sin embargo, en las de esta constitucion, hasta el punto de que la mayor parte de los que enfermaban con intensidad, morian, ora siguieran el método encomiado, ora hicieran uso de un régimen y medicamentos más cálidos. Así, pues, llegué á comprender que era necesario todavía algo más de lo que sirve, ó para refrenar la ebullicion de la sangre, ó para favorecer la elevacion de las pústulas y la intumescencia de la cara y manos; que faltaba algo que pudiera oponerse á la intensa putrefaccion que observaba en estas viruelas, mayor que en otra alguna. Al fin me acordé del espíritu de vitriolo, que creí podría satisfacer entrambas intenciones; así la de oponerse á la putrefaccion, como la de disminuir la intensidad del calor. Por esta razon, abandonando á sí propio al enfermo hasta cesar el dolor y el vómito que suelen preceder á la erupeion, y hasta aparecer por completo todas las viruelas, llegado el dia quinto ó sexto, prescribia para bebida ordinaria, y á voluntad, dicho espíritu, disuelto en cerveza ténue hasta una agradable acidez, y en mayor cantidad cuando aparecia la fiebre de maduracion; bebida que mandaba seguir usando diariamente hasta convalecer por completo.

Este espíritu, cual si fuera realmente específico de tal enfermedad, contenia todos los síntomas como por encanto. La cara se entumecia más pronto y mucho más. Los intersticios de las viruelas tomaban un color más rojo, parecido al de una rosa de Da-

pustulæ quoque minutissimæ grandescerant, saltem quantum ea species pateretur: pustulæ etiam quæ aliter nigræ comparuissent hinc materiam quandam flavam et colore flavum referentem eructabant: facies deinceps, pro nigra, colore flavo saturato ubique tincta conspiciebatur; celerius maturescebant, atque tempore alia omnia diei unius aut alterius spatio, citius percurrerant. Hæc autem accidebant omnia, si liquorem nempe laudatum liberalius haurirent: quapropter, quoties ægrum copiam subjugandis symptomatibus debitam respuere animadverterem, spiritum istum, vel syrupo aliquo in cochleari permistum, vel aquæ destillatæ cum syrupo junctæ additum, subinde ingressi quo pensaretur scilicet liquoris parciior usus.

Varia hujus medicamenti commoda recensui, incommodi ne minimum quidem ex eo nafum hactenus potui deprehendere: licet enim salivatio die undecimo decimove fere ab eo sistatur, cujus vicem per id temporis dejectiones aliquot subire solent; tamen ab his minus ægro erit periculi, quam ab ista fuit; quandoquidem, quod plus semel diximus, qui variolis confluentibus laborant, eo præcipue urgentur discrimine, quod saliva his diebus viscidior reddita fauces præcludat, cui quidem symptomati hoc in casu diarrhœa succurrit, quæ vel sponte sua desinet, vel saltem, ubi nullum amplius à variolis periculum est, lacte et aqua mistis, et narcotico assumptis facile compescitur.

Ægro interim in lecto jacenti, inclusis quoque brachiis, stragula præter solita adjici non patiebar; concess-

maseo; las pústulas aún más pequeñas aumentaban al ménos en cuanto era compatible con aquella especie; tambien las pústulas, que en el otro caso hubieran aparecido negras, segregaban cierta materia amarilla y de color parecido al de la miel; la cara, en fin, en vez de negra, se presentaba de un color amarillo subido; venía la supuracion mucho más pronto, y los restantes períodos se terminaban en el espacio de uno ó dos dias. Todo esto se obtenia si se bebia en gran cantidad el recomendado líquido, por lo que siempre que advertia que el enfermo rechazaba la cantidad necesaria para subyugar los síntomas, daba de cuando en cuando este espíritu, ó mezclado con una cucharada de jarabe, ó añadido á un agua destilada, unida á un jarabe, para compensar el escaso uso del líquido.

He enumerado las várias ventajas del uso de este medicamento, y no he podido advertir hasta ahora ni el más pequeño inconveniente; pues aunque contenga la salivacion hácia el dia once ó diez, en sustitucion del cual suelen presentarse en esta época algunas deposiciones, no obstante, es menor el peligro que puede sobrevenir por éstas al enfermo que el que pudo ocasionar aquélla, puesto que, segun hemos dicho más de una vez, los que padecen viruelas confluentes peligran, principalmente porque, hecha más viscosa la saliva en estos dias, obtura las fauces, á cuyo accidente ocurre en este caso la diarrea, que termina espontáneamente, ó que al ménos, y cuando ya no hay peligro alguno por parte de las viruelas, puede contenerse con facilidad administrando una mezcla de leche y agua, y un narcótico.

Entre tanto mantenia acostado al enfermo en la cama, metidos tambien los brazos, y sin permitir que se le

si etiam, ut ab hac in illam lecti partem se pro arbitrio transferre, ad sudores arcendos, in quos proclivissimus erat, hoc non obstante remedio. Jusculis interim avenaceis atque hordaceis victitabat, nonnunquam et pomo cocto. Ultimis diebus, si vel langueret æger vel ægrotaret stomacho, vini Canarini cochlearia tria quatuorve indulsi. Haustum vero paregoricum jam à quinto sextove die singulis vesperis temporius propinandum adulto (infantibus enim eo non erat opus) præscripsi: laudani liquidi scilicet, guttas quatordecim, in aqua florum paralyseos.

Die decimo quarto ægrum è lecto surgere permisi; vicessimo primo sanguinem è brachio educendum curavi, catharticum deinde ac duas, vel tres vices exhibui; quibus peractis ægri facies coloratior ac magis vivida conspiciebatur, quam solebat eorum, quos hic morbus ita male multaverat. Adde quod methodus laudata vix patitur faciem cicatricibus deturpari, quæ ab humoribus calidis effertisque proveniunt cuticulam rodentibus.

Die Julii 16, 1675, vir nobilis mihi que amicus Dominus *Elliot* Regi à cubiculo, domesticum è suis meæ curæ commisit, fera hac variolarum confluentium nigrarum specie propediem laboraturum. Habebat is annos octodecim circiter, temperamento erat admodum sanguineo, et in hunc morbum à nimia computatione recens inciderat. Confluebant pustulæ densiore agmine quam alias vidi unquam, ita ut nulla fere inter eas intercapedo linqueretur, qua distinguere possent. Remedii hujus efficacis-

echára más ropa de la acostumbrada, le dejaba tambien que se moviera de una á otra parte, á voluntad, para impedir los sudores á que tenía gran tendencia, á pesar del uso de este remedio. La alimentacion durante este tiempo consistia en caldos de avena y cebada, y algunas veces manzana cocida. En los últimos dias, si el enfermo se hallaba muy débil ó se quejaba del estómago, le concediamos tres ó cuatro cucharadas de vino de Canarias. Desde el dia quinto ó sexto propinaba todas las tardes á los adultos, pues en los niños no habia necesidad de ello, una bebida narcótica que debia tomarse temprano, y que consistia en catorce gotas de láudano líquido, disueltas en agua de flores de primavera.

Permitia al enfermo que se levantara de la cama hácia el dia catorce; tenia cuidado de que se le sangrara el veintiuno, y despues le daba un purgante hasta dos ó tres veces, hecho lo cual el enfermo presentaba una cara más colorada y animada de lo acostumbrado en los ataques tan gravemente por esta enfermedad; añádase el que el método encomiado apénas deja lugar á que afeen la cara las cicatrices que provienen de humores cálidos y exaltados que corroen la piel.

El dia 16 de Julio de 1675, un varon noble y amigo mio, el Sr. *Elliot*, gentil-hombre de la real cámara, encargó á mi cuidado uno de sus criados, que habia de padecer en breve esta atroz clase de viruelas negras, confluentes. Tenía unos diez y ocho años; era de temperamento muy sanguíneo, y habia contraido esta enfermedad hacía poco tiempo por excesos en la bebida. Confluyeron las pústulas más apiñadamente que jamás he visto, hasta el punto de no quedar casi ningun hueco que las separase.

simi confisus viribus, venam nullus secui, licet tempus quo accersebar id liberum faceret; atque etiam secare debuisssem cum à nimia vini ingurgitatione invitaretur morbus. Post eruptionem finitam, die vice quinto vel sexto, spiritum vitrioli in lagenas aliquot cerevisia tenui repletas jussi instillari, atque hunc potum ordinarium concessi pro arbitrio sumendum. Die octavo ea sanguinis quantitas è naribus fluxit, ut nosocomia hoc symptomate territa, me ocyus accersendum putaret. Adveniens ego, cum ab immodico sanguinis calore et impetu inusitato illud oriri animadverteterem, cerevisiam tenuem dicto spiritu impregnatam uberius adhuc hauriendam imperavi, quo facto hæmorrhagia dicto citius est coercita. Salivatione satis copiosa, faciei et manuum intumescencia, pustularumque augmento rite procedentibus, morbus se satis feliciter expedivit; nisi quod ultimis diebus dejectiones aliquot mucosæ sanguine æque interpellarent, quæ forte nullum facessissent negotium, si venam, eo quo diximus nomine, mox accersitus aperuisssem. Nihilominus nullo alio præsidio dysenteriam adoriebar, quam narcotico illo, quod alias etiam, si hoc symptoma non urisisset, singulis noctibus fuisset assumendum, quo vis ejus retusa erat donec evanescerent pustulæ; posteaque extracta è brachio sanguinis quantitate satis larga, lacteque atque aqua affatim haustis, subito convaleuit.

Eodem fere tempore quidam è

Fiado en las virtudes de este enérgico remedio, no sangré, aunque en el tiempo en que fué llamado lo hubiera podido hacer con entera libertad, y aún debiera haberlo hecho, por ser debida la enfermedad á una excesiva ingurgitacion de vino. Despues de terminada la erupcion, esto es, el dia quinto ó sexto, mandé disolver espíritu de vitriolo en unas cuantas botellas llenas de cerveza ténue, y concedí esta bebida como ordinaria, y para tomarla á voluntad. El dia octavo fluýó tal cantidad de sangre por las narices, que la enfermera, atemorizada con este síntoma, juzgó deber llamarme á toda prisa; llegado, y advirtiéndome que tal síntoma dependia de un calor inmoderado y una agitacion excesiva de la sangre, mandé que bebiera el enfermo aún en mayor cantidad cerveza ténue saturada del dicho espíritu, con lo que la hemorragia se detuvo inmediatamente. Presentándose despues la salivacion en bastante abundancia, y debidamente la intumescencia de la cara y de las manos y el aumento de las pústulas, la enfermedad se terminó con bastante felicidad, fuera de haber aparecido en los últimos dias algunas deposiciones mucoso-sanguíneas, que quizá no se hubieran presentado si luégo que fué llamado hubiera sangrado al enfermo por el motivo que dejamos dicho. Sin embargo, no combatí tal disenteria con ningun otro medio más que con el láudano, que, aún sin haberse presentado este síntoma habria de haberse tomado todas las noches, y merced al cual se disminuyó su intensidad hasta que desaparecieron las pústulas; despues de lo cual, extraida del brazo una bastante grande cantidad de sangre, y bebiendo en abundancia leche y agua, convaleció prontamente el enfermo.

Casi al mismo tiempo uno de mis

meis vicinis dominus *Clench* duos mihi liberos sanandos tradidit, quatuor annos habebat alter, alter adhuc lactebat, nec dum sextum mensem attigerat. Pustulæ utriusque perpusillæ erant, confluxiles admodum, et ad erysipelatis modum prodebant, generisque nigri dicti. Vitrioli spiritum utrisque in potu omni instillandum curavi, quem non obstante ætate, juniõris præsertim, tennellula, nihilum aversabantur; quin et nullo symptomate graviore affecti convaluere illico. Amicissimus mihi vir, dominus doctor *Mapletoft*, utroque mecum invisens, ætate majorem jam convalescentem reperit, minorem vero in cunis adhuc laborantem.

Animadvertendum est autem, quod sicuti variolæ hujus constitutionis quæ non confluebant, satis erant benignæ, ita neque remedio jam præscripto opus habebant; satis vero erat ista eas methodo tractare, quam generi distincto jam supra debere docuimus.

Habes jam, lector, quæ de variolis mihi erant dicenda omnia; quæ licet non nemo fortasse parvi penderit pro sæculi genio, scio tamen ego haud parvo mihi labore, cura atque industria, per multos annos continuos ea stetisse; neque jam à me tuisse evulganda, nisi vicisset charitas in proximum, et studium aliis beneficiendi, vel pretio existimationis propriæ; quam satis intelligo à subjecti novitate gravandam fore. Neque tamen video, cur aliquem male habeat nova methodus ei morbo mendedi (cujus nec apud *Hipocratem* vestigium ullum, nec apud *Galenum* invenitur; nisi quis forte locus difficilima ratiocinatione torqueatur) cum quæ à modernis adaptantur curationes, à magnis illis rei medicæ lumi-

vecinos, el Sr. *Clench*, encomendó á mi cuidado dos hijos suyos; uno de ellos tenía cuatro años, el otro mataba todavía, y no habia llegado á los seis meses. Las pústulas eran en ambos pequenísimas y muy confluentes; brotaron á manera de la erisipela, y eran de la clase negra ya dicha. Encargué que se instilára espíritu de vitriolo en todas las bebidas de entrambos, que no obstante la tierna edad, principalmente del más jóven, no les repugnaba nada, y no siendo afectados de ningun síntoma grave, convalcieron en seguida. Un íntimo amigo mio, el Sr. Dr. *Mapletoft*, que visitó conmigo á entrambos, encontró ya convaleciente al mayor, estando todavía el pequeño enfermo en la cuna.

Debe advertirse, no obstante, que siendo muy benignas las viruelas no confluentes de esta constitucion, no habia necesidad de recurrir en ellas al remedio predicho, sino que bastaba tratarlas con el método que ya ántes hemos expuesto, apropiado á la clase de las discretas.

Ahí tienes, lector, todo lo que tenía que decir de las viruelas, que aunque quizá alguno, siguiendo la costumbre de la época, tenga por cosa pequeña, yo, sin embargo, sé que no lo he alcanzado sin emplear gran trabajo, cuidado y aplicacion por espacio de muchos años seguidos; y no lo publicaria si no superase la caridad para con el prójimo y el deseo de hacer bien á otros hasta al aprecio de mi propia reputacion, que tengo seguridad de que ha de salir perjudicada por la novedad del asunto. Y no veo, sin embargo, por qué haya de ser mal mirado por alguno el nuevo método de curar esta enfermedad (de que ningun vestigio se encuentra en *Hipócrates* ni en *Galeno*, á no dar una interpretacion forzada

nibus non institutæ, æque jure ab his negliguntur, atque ab illis magnifunt.

Quin à pari ratione nemini mirum debet videri, si quid immutavero in ea methodo, qua expugnandæ sunt istæ febres, quæ ab iis pendent constitutionibus, quæ variolis epidemicæ sunt: etenim si in prioribus illis mundi sæculis variolæ nusquam gentium comparuerint, sequitur neque istiusmodi febres uspiam locorum extitisse unquam. Vero autem simillimum est, ne quid dicam audacius, variolas nondum tunc temporis in rerum natura fuisse repertas: si enim per antiquiora tempora perinde atque nunc dierum hic morbus invaluisset, sagacissimum *Hippocratem*, opinor, is nunquam latuisset; qui cum morborum historias et clarius intellexerit, et descripserit accuratius quam post natorum quispiam, et hujus etiam descriptionem genuinam atque simplicem pro suo more nobis reliquisset. Quo circa opinari mihi fas sit, morbos certas habere periodos pro occultis illis atque adhuc incompertis alterationibus, quæ ipsius terræ accidunt visceribus, pro varia scilicet ejusdem ætate ac duratione: quodque sicuti alii morbi jam olim extitere, qui vel jam ceciderunt penitus, vel ætate saltem pene confecti exolvere et rarissime comparent (cujusmodi sunt *lepra* atque alii fortasse nonnulli) ita qui nunc regnant morbi aliquando demum intereident, novis cedentes speciebus, de quibus nos ne minimum quidem hariolari valemus. Hæc se ita res habere potest, quicquid de ea videatur nobis brevis vitæ, qui heri tantum nati sumus, cras forte interituri, neque quas de morbis auctores, vel antiquissi-

á algun texto), como quiera que las curaciones entabladas por los modernos, y no establecidas por aquellas grandes lumbreras de la medicina, son con igual derecho desdeñadas por unos que ensalzadas por otros.

Por la misma razon no debe tampoco extrañar á nadie el que haya introducido alguna innovacion en el método con que deben combatirse las fiebres que dependen de las constituciones en que son epidémicas las viruelas, pues si en aquellos primeros siglos del mundo nunca aparecieron en ninguna nacion las viruelas, síguese necesariamente que tampoco estas fiebres existieron jamás en punto alguno. Es, en efecto, verosímil, por no decir otra cosa, que en aquella época no existieran todavía las viruelas, pues si en los antiguos tiempos hubiera existido como en nuestros dias esta enfermedad, creo que no se le hubiera ocultado al sagacísimo *Hipócrates* que habiendo conocido más claramente y descrito con más exactitud las historias de las enfermedades que ninguno de los despues nacidos, nos hubiera dejado tambien, segun su costumbre, su descripcion genuina y sencilla. Así, pues, me será lícito creer que las enfermedades tienen períodos determinados segun las ocultas y todavía no descubiertas alteraciones que ocurren en las entrañas de la tierra, segun su diversa edad y duracion, y que así como existieron en otro tiempo algunas enfermedades que, ó han desaparecido ya por completo, ó al ménos debilitadas por el tiempo, han perdido su vigor y aparecen rarísimas veces (como son la *lepra* y quizá algunas otras), así las enfermedades que ahora existen desaparecerán tambien en algun tiempo, dejando su lugar á especies nuevas, de que no podemos aventurar lo más mínimo. Tal puede

mi, congesserunt rationes, ævi multo productionis, si cum antiquissima mundi epocha conferantur.

suceder, en efecto, cualquiera que sea, acerca de ello, la opinion que tengamos nosotros, pobres mortales, que, nacidos solamente de ayer, hemos de morir quizá mañana; y ni los estudios que acerca de las enfermedades han hecho los autores aún más antiguos son de un siglo muy remoto, si se comparan con la antiquísima edad del mundo.

CAPUT V.

CAPITULO V.

Tusses epidemice, anni 1675, cum pleuritide et peripneumonia supervenientibus.

Toses epidemicas del año 1675, con pleuresias y pulmonías sintomáticas.

Cum tempestas placida ac tepens, imo vero æstatis simillima, præter solitum ad postremos usque Octobris dies perseveraret, anno 1675, eam vero mox exciperet alia multum diversa, frigida scilicet atque humida subito ingruens, tusses ubique numerosiores grassabantur, quam alio quovis, quod memini, tempore, nemini fere parentes, cujuscumque is fuerit sive ætatis, sive temperamenti, integras vero simul familias pervadentes. Neque numero tantum erant spectabiles (cum quælibet hyems haud paucas nobis generet), sed etiam ob anceps illud periculum, in quod eos, quos affecerant, per accidens conjiciebant. Cum enim constitutio, et jam, et per autumnum omnem modo elapsam, in producenda febre epidemica supra descripta omnes nervos intenderet, cumque jam nullus existeret morbus alius epidemicus, cujus contranis hujus vires aliquantisper possint refringi, tusses istæ febrî sternebant viam, atque in eam quam libentissime commigrabant. Interea, quemadmodum tussis constitutioni opitulabatur in febre producenda, ita etiam febris occasionem ex tussi natam arripiens, jam pleuram ac pulmones haud aliter in-

Habiéndose sostenido, contra lo acostumbrado, un tiempo plácido y templado, muy semejante al estío, hasta los últimos dias del mes de Octubre de 1675, y habiéndole seguido repentinamente otro muy distinto, esto es, frio y húmedo, se presentaron por todas partes unas toses más numerosas que en ningun otro tiempo de que yo conservo memoria, que no dejaban de atacar casi á nadie, cualquiera fuera su edad ó temperamento, é invadiendo á la vez á familias enteras. Y no sólo eran notables por su número (puesto que todo invierno determina no pocas) sino tambien por el insidioso peligro en que ponian accidentalmente á aquellos á quienes habian atacado. Empleando, en efecto, toda su energía la constitucion entónces y durante todo el pasado otoño en la produccion de la fiebre arriba descrita, y no existiendo ya ninguna otra enfermedad epidémica, con cuyo contrapeso pudiera disminuirse algo la violencia de ésta, las toses abrian el camino á dicha fiebre y se trasformaban en ella con muchísima facilidad. Entre tanto, así como la tos favorecia á la constitucion para la produccion de la fiebre, así tambien la fiebre, valién-

vadebat, ac caput invaserat vel septimana illa, quæ harum tussium exitum fuerat prægressa. Quæ tam improvisa symptomatum mutatio nonnullis, qui minus diligenter adverterant animum, ansam præbuit, febrem hanc pro pleuritide essentiali, aut essentiali peripneumonia habendi, licet eadem omnino illa maneret atque fuerat perintegram hanc constitutionem. Nunc enim, uti prius semper, cum dolore capitis, dorsi, atque artuum quoslibet aggrediebatur; quæ symptomata omni ubique hujusce constitutionis febrili conveniebant. Materia tantum febrilis cum stimulante tussi in pleuram ac pulmones uberius deponeretur, symptomata dictas partes attinentia excitabat; at tamen febris quantum mihi licuit observare, eadem prorsus cum illa fuit, quæ ad eum usque diem fuerat depopulata, quo hæc tusses primum comparebant; quin et remedia quibus promptissime parebat, idem plane demonstrabant. Et quantumlibet lateris dolor punctorius, respirandi difficultas, color detracti sanguinis, et reliqua signa pleuritidi familiaria, essentialem pleuresim subesse innuerent, non aliam tamen medendi methodum postulavit hic morbus, quam quæ febrili hujus constitutionis quadrabat, ab illa vero quæ veræ pleuritidi conveniebat abhorrebat admodum, ut ex infra dicendis liquebit. Addo quod cum pleuritis, quoties est morbus primarius, eo plerumque anni tempore soleat invadere, quod inter ver atque æstatem ambigens, utriusque quasi fibula est, hic morbus alieno prorsus sydere natus, pro symptomate tantum febris, quæ isti anno propria fuit, ducendus est, atque accidentalis tussis sobole.

dose de la ocasion nacida de la tos, afectaba la pleura y los pulmones, no de otro modo que había atacado á la cabeza hasta la semana que habia precedido al nacimiento de las toses. Esta tan inesperada mutacion de síntomas dió motivo á algunos de los que habian fijado poco cuidadosamente la atencion, para tomar á esta fiebre por una pleuresía ó pulmonía esencial, á pesar de persistir siendo la misma que habia sido durante toda esta constitucion. En este tiempo, en efecto, igualmente que siempre ántes, atacaba en todos los casos con dolor de cabeza, de la espalda y de los miembros, síntomas que se presentaron en toda fiebre de esta constitucion. La única diferencia que habia, era que, depositándose más abundantemente en la pleura y en los pulmones, merced á la tos, la materia febril, determinaba los síntomas correspondientes á estas partes; no obstante, la fiebre, en cuanto me fué dado observar, era enteramente semejante á la que reinó hasta la época en que por vez primera aparecieron las toses, como por los remedios á que cedia prontísimamente se demostraba tambien claramente. Y aunque el dolor pungitivo del costado, la dificultad de respirar, el color de la sangre extraida y los demás síntomas propios de la pleuresía indican existir una pleuresía esencial, sin embargo, esta enfermedad no exigió otro método que el conveniente á la fiebre de esta constitucion, mientras que rechazaba decididamente el que conviene á la pleuresía verdadera, como resultará bien claro de lo que abajo diremos. Además de esto, como quiera que la pleuresía, siempre que es enfermedad primitiva, suele invadir por lo comun en aquella época del año que se halla entre la primavera y el verano, y que es como el

Ut ad eam methodum rite procedam, quam hujus anni tussibus, tum etiam istis quæ aliis contingunt (modo ab iisdem causis nascantur) deberi monuit experientia, animadvertendum est, effluvia ista, quæ à sanguinis massa per insensibilem transpirationem ablegari solent, à frigore cutis spiracula subito contrahente introverti, et in pulmones deponi, quos irritando, tussim mox excitant. Cumque hoc pacto detineantur calidæ istæ et recrementitiæ sanguinis exhalationes, quo minus per cutis poros exeant, febris in sanguinis massa facile accenditur; ubi scilicet vel tanta est halituum copia, ut pulmones iis eliminandis hæud sufficiant, vel calore adventitio sive remedium, sive regiminis justo calidiorum quasi adjecto oleo ignis augetur, et qui in febrim jam plus satis erat proclivis, in eandem præceps agitur. Verum enim vero, qualiscumque fuerit febris stationaria, quæ illum annum funestat, atque per id temporis dominatur, nova hæc febris statim in ejus nomen ac familiam adoptatur, ejusdem ubique genio obsequens, licet symptomata quædam adhuc retineat à tussi, quam habuit parentem, pendentia; ac proinde satis constat in tussiquolibet ex hac occasione nata, non tantum ipsi morbo, sed et feбри, quæ tussi huic paratissima accedit, occurrendum esse.

punto de union de entrambas, esta enfermedad, nacida en circunstancias completamente diversas, debe considerarse como síntoma de la fiebre que fué propia de este año y como producida accidentalmente por la tos.

Para exponer debidamente el método que enseñó la experiencia ser conveniente, así en las toses de este año, como tambien en las que ocurren en otros (con tal que se originen de las mismas causas), debe advertirse que los efluvios que suelen desprenderse de la masa de la sangre por la traspiracion insensible se dirigen al interior cuando el frio cierra repentinamente los poros de la piel, y se depositan en los pulmones, irritando á los cuales excitan inmediatamente la tos. Retenidas además de esta manera las exhalaciones calidas y recrementicias de la sangre, no pueden salir por los poros del cutis, enciéndose fácilmente la fiebre en púes que la masa de la sangre, cuando ó la abundancia de las exhalaciones es tanta que no bastan los pulmones para eliminarlas, ó tanto el calor acumulado, ya por los remedios, ya por un régimen más caliente de lo debido, que se aumenta el natural de la sangre, hasta el punto de que el que tenía ya demasiada disposicion á la fiebre la contraiga inmediatamente. Empero, cualquiera fuera la fiebre estacionaria existente en el año y que por aquel tiempo domina, esta nueva fiebre adopta en seguida su mismo nombre y carácter, y presenta en todos los casos su mismo genio, aunque conserve todavía algunos síntomas dependientes de la tos que tuvo por origen, de lo que se deduce bastantemente que en cualquiera tos nacida de esta causa, no se ha de atender solamente á la enfermedad misma, sino tambien á la fiebre que tan facilisimamente se agrega á esta tos.

Hac innixus basi, iis qui meam implorant opem hoc modo succurrere conabar. Si tussis nondum febrim, atque alia symptomata, quæ ut plurimum se adjungere solere diximus, accersiverat, satis esse arbitrabar, ægrum à carnibus, et liquoribus spirituosus quibuscumque arcere: hortabar item ut exercitiis uteretur moderatis, et fruereetur aura liberiore, ptyisanam pectoralem refrigerantem subinde hauriens. Sufficiebant nimirum paucula hæc et ad tussim perdomandam et febrim, aliaque symptomata quæ illam comitari solebant, prævenienda. Sicut enim abstinentia à carnibus, et liquoribus spirituosus, tum etiam refrigerantium usu ita contemperabatur sanguis, ut impressioni febrili ineptior esset; ita etiam exercitii ope fervida illa sanguinis effluvia, quæ, quoties corporis pori à repentino frigore occluderentur, intro acta tussim excitabant, via sibi naturali ac genuina exhalabant opportunius, et cum bonis ægri rebus diffabantur.

Tussim quod spectabat sedandam, hæud vacabat periculo narcoticis atque anodynis illam aggredi; nec minus periclitabatur, si quis liquoribus spirituosus calidisque medicamentis idem moliretur, cum utroque modo inviscata, atque indurata tussis materia, halitus isti, qui à sanguine placcide ac sensim discedentes tussiendo in auras invanescerent, jam exitu negato, in cruoris massa præcludi febrim ibidem ciebant. Atque hoc sæpenumero non paucis è vulgo inconsultioribus pessime cessit, qui cum spiritu vini ustulato aliisque calidis liquoribus tussi obicem ponere niterentur, affectus pleuriticus et pe-

Partiendo de esta base, trataba de auxiliar del modo siguiente á los que reclamaban mi asistencia. Si la tos no habia determinado todavía la fiebre y demás síntomas que, segun hemos dicho, solian juntársela las más veces, creía ser suficiente que el enfermo se abstuviera de todas las carnes y de los líquidos espirituosos; le aconsejaba además que hiciese ejercicios moderados, y saliese al aire libre, bebiendo á menudo una tisana pectoral refrigerante. Bastaban generalmente estos pocos medios para destruir la tos y para prevenir la fiebre y demás síntomas que solian acompañarla. Y así, miéntras que con la abstinenencia de carnes y líquidos espirituosos, y tambien con el uso de los refrigerantes, se atemperaba la sangre de modo que se hacia inepta para la impresion febril; así, entre tanto, y á favor del ejercicio, los efluvios vaporosos de la sangre, que introducidos siempre que se obturaban los poros de la superficie del cuerpo por un frio repentino, excitaban la tos, se exhalaban más oportunamente por su camino más natural y adecuado, y se disipaban con gran provecho del enfermo.

En lo relativo á calmar la tos, no carecia de peligro el intentarlo con narcóticos y anodinos, ni habia menos exposicion si se procuraba esto mismo con líquidos espirituosos y medicamentos cálidos; pues haciéndose viscosa y endureciéndose de ambas maneras la materia de la tos, las exhalaciones que, separándose convenientemente y poco á poco de la sangre, se hubieran evacuado en forma de vapores á beneficio de la tos, impedida de este modo su excrecion quedaban encerradas en la masa de la sangre, y promovian la fiebre. Tal fué lo que sucedió muchas veces, desgraciadamente, á no pocos im-

ripneumonicos invitabant, atque insana hac sapientia morbum sua natura levissimum et facile sanabilem, in periculosum ac sæpe lethalem transformabant. Nec minus hallucinabantur (licet magis cum ratione insanire viderentur) qui provocatis sudoribus morbi causam exterminare volebant: quamvis enim non diffiteamur, sudores sponte prorumpentes haud raro præ cæteris quibuscumque præsiidiis causam morbificam expellere, liquet tamen, nos, dum in iis extorquendis sumus, sanguinem incendere, et quem servare volumus ægrum letho dare posse.

Quandoque vero, non tantum ubi minus rite tractaretur morbus, quo scilicet supra descripsimus modo, sed etiam nonnunquam sua sponte (maxime in delicatioribus ac tenellulis) nunc statim ab initio, nunc post diem unum aut alterum, tussi superveniebat calor ac frigoris vicissitudo quædam, capitis, dorsi, atque artuum dolor ad sudores nonnunquam propensio, noctu maxime (quæ omnia pariter symptomata febrim hujus constitutionis plerumque sequebantur) quibus sæpe adungebatur lateris dolor, nonnunquam etiam pulmonum quasi constrictio coarctatioque, unde difficulter spirabat æger, inhibebatur tussis, excitabatur febris vehementior.

Febri et pessimis ejus symptomatibus rectissime (quantum accurate

prudentes del vulgo, que, empenándose en combatir la tos con espíritu de vino quemado y otros líquidos espirituosos, abrian la puerta á afecciones pleuríticas y pulmonales; y con este insensato proceder trasformaban una enfermedad levísima y fácilmente curable por su naturaleza, en peligrosa, y muchas veces mortal. Ni erraban ménos (aunque parecian extraviarse con más fundamento) los que trataban de curar la enfermedad provocando los sudores; pues aún quando es innegable que los sudores que brotan espontáneamente expelen no raras veces la causa morbífica mejor que cualquier otro auxilio, no lo es ménos tampoco que quando se trata de forzarlos se inflama la sangre, pudiendo ocasionar la muerte al enfermo que se pretende salvar.

Algunas veces, sin embargo, y no sólo quando no se trataba bien la enfermedad, del modo que ya dejamos indicado, sino tambien en ocasiones espontáneamente, se agregaba á la tos, ya inmediatamente desde el principio, ya despues de uno ó dos dias, (principalmente en los individuos muy delicados y en los muy jóvenes), cierta alternativa de calor y frio, dolor de cabeza, espalda y miembros y alguna vez propensión á los sudores, especialmente por la noche; síntomas todos ellos que se presentaban igualmente y por lo comun en la fiebre de esta constitucion, y á que frecuentemente se juntaba un dolor de costado, y tambien en algunos casos una especie de constrictión y coartación de pecho, á consecuencia de lo cual se hacía difícil la respiración del enfermo, se impedía la tos y se excitaba una fiebre más intensa.

El mejor medio de ocurrir á la fiebre y á sus perniciosos síntomas, se-

facta observatione mihi constitit) occurrebatur venæ sectione in brachio, et epispastica nuclæ applicato, clystere item quotidie injiciendo. Ægrum interim monebam, ut singulis diebus ad horas aliquot lecto absteret, abstereret à carnibus, nunc cerevisiam tenuem, num lac aquæ permistum, nunc ptisanam aliquam refrigerantem ac lenientem sorberet. Elapso jam biduo triduoque, si nondum minueretur dolor lateris, sed adhuc vehementer urgeret, sanguinem secundo detraxi, et ut in usu enematum persisteret adhuc, suasi. Enemata autem quod attinet, diligenter advertendum est (tam in hac, quam in aliis febribus) ea, jam fractis morbi viribus, et retusa acie, non diu et continuo repetenda esse, maxime in foeminis passio[n]i hystericæ obnoxiiis, aut viris hypochondriacis; cum talium sanguis atque humores mutabiles sint, ac nullo fere negotio exagitantur æque æstuent, unde perturbatur corporis æconomia, et symptomata febrilia etiam ultra solitam periodum ægros discruciant.

Sed ut ad rem revertamur, dum hoc pacto spatium morbo concederemus, quo sanguis calidas illas particulas, quæ in pleuram ac pulmones impegerant sensim excuteret, symptomata universa placide solebant evanescere; cum, qui morbum ferocius atque hostili manu aggrediebantur, ingenti remediorum molimine bellum inferentes, vel suos ægros amitterent, vel saltem phlebotomia sæpius repetita quam vel postulabat morbi genius, vel etiam tuto ferebat, eorundem vitam redimere cogerentur. Cum enim in vera pleuritide

gun lo que me demostró una exacta observacion, era la sangría del brazo y la aplicacion de un epispástico á la nuca, poniendo además diariamente una lavativa. Aconsejaba al propio tiempo al enfermo que se levantára todos los dias de la cama algunas horas, que se abstuviera de las carnes, y que bebiese, ora cerveza ténue, ora leche mezclada con agua, ó bien alguna tisana refrigerante. Si pasados dos ó tres dias no se habia disminuido el dolor del costado, sino que molestaba todavía con intensidad, sangraba segunda vez y aconsejaba se continuára en el uso de las lavativas. Y por lo que toca á las lavativas, debe advertirse cuidadosamente que así en ésta como en las demás fiebres, no deben repetirse largo tiempo y de continuo cuando se ha quebrantado la violencia de la enfermedad y destruido su agudeza, principalmente en las mujeres expuestas al histerismo y en los hombres hipocondríacos, pues que siendo muy impresionables la sangre y los humores en tales personas, y agitándose y enardeciéndose al menor motivo, se perturba la economía del organismo y los síntomas febriles atormentan á los enfermos aún más allá del período acostumbrado.

Mas, volviendo al asunto: mientras de este modo dábamos tiempo á la enfermedad para que la sangre sacudiera poco á poco las partículas calidas que se habian adherido á la pleura y á los pulmones, todos los síntomas solian desvanecerse satisfactoriamente, al paso que los que atacaban á la enfermedad con más energía y abiertamente combatiéndola con un gran número de remedios, ó perdian á sus enfermos, ó se veian al ménos obligados á salvar su vida, repitiendo la sangría más de lo que permitia la naturaleza de la enferme-

venæ sectio repetita omnem numerum absolvat, solaque ad curationem sufficiat (modo non obstiterint medicamenta et regimen calidiora, quæ contra militant) ex adverso in hoc symptomate satis erat semel, vel ut plurimum his venam secasse, modo ægro concederetur ut è lecto exurgeret, et potu refrigeranti uteretur. Nulla autem cogebat necessitas, si bene observaverim, sanguinem sæpius educere, nisi ubi à calore foris accedente admodum intenderetur dictum symptoma; neque etiam in hoc casu periculo id omnino vacabat.

Hanc jam nactus ansam, paucula de eo dicam quod omnium ore tristissimum est, pleuresin scilicet quandoque ita malignam reperiri, ut per eos annos phlebotomiam ferre nesciat, saltem toties repetitam, quoties hic morbus communiter deposcit. Censeo quidem pleuresin veram atque essentialem, quæ, ut posthac dicetur, omnibus annorum omnium constitutionibus indifferenter infestat, omnibus indifferenter annis venæ sectionem pariter repetitam indicare; aliquando tamen accidere ut febris ejus anni proprie epidemica, à repentina aliqua manifestarum aeris qualitatum alteratione, materiam morbificam in pleuram aut pulmones libenter deponat, ipsaque febris nihilominus eadem prorsus maneat. In hoc casu etsi venæ sectio possit concedi, ut huic symptomati, si multum sæviat, occurratur; generaliter tamen si loquamur, non multo plus sanguis symptomatis ratione educendus est, quam febris nomine debuerat educi, à qua pendet istum symptoma: nanque si hæc ejus sit indolis, ut à repetita venæ sectione non abhorreat,

et aún de lo que consentía sin peligro. En efecto; mientras en la pleuresía verdadera y sencilla la sangría repetida llena todas las indicaciones y basta para lograr la curacion (con tal que no se la estorbe con medicamentos y un régimen calidos, que obran de un modo opuesto), en esta sintomática, por el contrario, bastaba abrir la vena una, ó cuando más dos veces, con tal que se permitiera al enfermo levantarse del lecho y usar una bebida refrigerante. Ninguna necesidad habia, en efecto, si he observado bien, de sacar sangre más veces, á no ser cuando por el calor exterior adquiria gran intensidad dicho síntoma, y ni aún, en tal caso carecia esto por completo de peligro.

Aprovechando esta ocasion, diré algo acerca de una cosa infaustísima, segun confesion de todos, cual es que la pleuresía se presenta en ocasiones tan maligna, que no resiste en tales años la flebotomía, al ménos tantas veces repetida cuantas esta enfermedad exige por lo comun. Creo, en verdad, que la pleuresía verdadera y esencial, que, como se dirá despues, ataca indierentemente en todas las constituciones de los años, exige igualmente en todos ellos la sangría repetida; alguna vez, no obstante, sucede que la fiebre propiamente epidémica del año, y á consecuencia de alguna alteracion repentina de las cualidades manifestas del aire, deposita naturalmente la materia morbífica en la pleura ó en los pulmones, sin dejar de ser, no obstante, la fiebre enteramente la misma. En este caso, aunque pueda practicarse la sangría para ocurrir á este síntoma, si es muy violento, no obstante, hablando en general, no se debe sacar mucha más sangre por razon del síntoma que la que debiera sacarse por razon de la fiebre de que

potest ea repeti in pleuritide quæ ejusdem symptoma est; ac vero si febris repetitam venæ sectionem respuat, neque juvabit ista, imo et nocabit in pleuritide, quæ cum febre stabit cadetve. Hoc autem modo se res habuit, me saltem iudice in pleuritide symptomatica, quæ febrim comitabatur hoc in loco grassantem, quo tempore subingrediebantur tussés, hac nimirum hyeme 1675. Atque hoc quidem mihi ideo reticendum non erat, quod existimen dubio illum tramitè errare, atque incerto duci filo, qui in februm curatione non continenter ob oculos habet anni constitutionem quatenus huic aut alteri morbo epidemice producendo favet, ceterisque morbis omnibus una concurrentibus in ejus similitudinem ac formam detorquendis.

Novembri anni præfati, Dominum *Thomam Windham*, Domini *Francisci Windham* equitis filium natu maximum, hac febre laborantem tractabam. Querebatur is de lateris dolore, aliisque symptomatibus, de quibus cæteri hoc morbo affecti. Venam haud plus semel tundendam curavi, epispasticum nuçæ apponi, enemata quotidie injici; nunc ptisanas atque emulsiones refrigerantes, nunc lac aquæ inmistum, nunc cerevisiam tenuem propinavi; suasi ut lecto absisteret quotidie ad horas pauculas, qua methodo intra paucos dies restitutus est, et celebrata catharsi omnino convaluit.

Notandum autem est, quod tametsi symptomata hæc, quæ tussi supervenire solerent, ea prope essent, quæ hanc hyemen funestabant;

aquel síntoma depende; por lo que si es de tal índole ésta que no contradica la repetición de la sangría, puede repetirse en aquella pleuresía, que es síntoma de la misma fiebre; mas si la fiebre rechaza la sangría repetida, ésta no aprovechará, y áun perjudicará á la pleuresía, que subsistirá y terminará con la fiebre. Tal sucedió, en mi juicio, en la pleuresía sintomática que acompañaba á la fiebre reinante en este país en el tiempo en que aparecieron las toses, esto es, en este invierno de 1670. He creído no deber pasar esto en silencio en este lugar, pues pienso que se equivocó grandemente y que se expone á graves errores el que en la curación de las fiebres no tiene continuamente delante de los ojos la constitución del año en cuanto favorece la producción epidémica de tal ó cuál enfermedad, á cuya semejanza y forma se modelan las demás enfermedades que existen al mismo tiempo.

En Noviembre del año pasado traté á D. Tomás Windham, hijo mayor del caballero Sr. D. Francisco Windham, enfermo de esta fiebre. Se quejaba de dolor en el costado y de los restantes síntomas que los demás afectados de esta enfermedad. Encargué que no se le sangrara más que una vez, que se le pusiera un epispástico en la nuca y se le inyectaran lavativas; dábale unas veces tisanas y emulsiones refrigerantes, otras leche mezclada con agua, ó bien cerveza ténue; le aconsejé que se levantara del lecho algunas horas todos los días, con cuyo método se restableció en pocos; y dada una purga, convalenció por completo.

Debo advertir, sin embargo, que aunque estos síntomas que solían sobrevenir á la tos eran los particularmente propios de este invierno

attamen tussis ipsa sine illis sola invadens, ea tempestate magis dominabatur. Hujus autem medela neque venæ sectionem, neque clysteres sibi vendicabat, modo febris à regimine vel medicamentis calidioribus non excitaretur. Cum satis erat ad eam compescendam ægro liberioris aeris foras usum concedere, et carnis esum, ut et vinum ac id genus liquores spirituosos, qui febris ansam præbeant, omnino interdicerere. Porro tabellas sequentes sæpiuscule devorandas imperavi; quæ quidem ad tusses à frigore susceptas coercendas omnibus aliis, quæ mihi adhuc innotescunt, longe præcellunt. *Recipe.*—*Sacchari candi, libras duas et semis.*
—Coque s. q. aquæ communis usque dum adhærescat extremis digitorum, tum adde pulvium liquiritiæ, emulcæ campanæ, seminum anisi et seminum angelicæ, ana, drachmam semis.—*Pulvium iridis et florum sulphuris, ana, scrupulos duos.*—*Olei chymici seminum anisi, scrupulum.*
—Fiant s. a. tabellæ, quas secum continuo portet, ac earum unam frequenter assumat.

At priusquam his, quæ de morbis epidemicis disserui, ultimam imponam manum, objectioni quam contra eorum nonnulla adferendam prævideo, occurrendum mihi est; quod nempe non satis cum malignitate ista pugnare videantur, quæ pluribus horum morborum adhæret. Non is sum, qui receptam à viris doctissimis, sive hujus sæculi, sive antiquioribus, de malignitate opinionem convellere aut possim, aut etiam velim, cum ista indiciis plus satis se prodant manifestis, in epidemicis plerisque. Liceat mihi tantum quæ de ejus na-

no, no obstante la misma tos aislada, y sin acompañarse de ellos, era aún más frecuente en dicha estación. Su curación no exigía ni sangría ni lavativa, con tal que no se promoviese la fiebre con un régimen ó medicamentos cálidos. Bastaba, en efecto, para disiparla permitir al enfermo que saliera al aire libre exterior y prohibirle por completo comer carnes, así como el vino y demás licores espirituosos, que dan ocasión á la fiebre. Disponía además las siguientes pastillas, que debían tomarse á menudo, y que por cierto aventajan muchísimo en la curación de las toses originadas por el frío, á todas las demás que me son hasta ahora conocidas. *Récipe.*—*Azúcar cande, dos libras y media; cuézase en cantidad suficiente de agua común hasta que se adhiera á las extremidades de los dedos, y entónces añádase de polvos de regaliz, de émula campana, de semillas de anís y semillas de angélica, de cada cosa media dracma.*—*De polvos de lirio y flores de azufre, de cada cosa dos escrúpulos.*—*Aceite esencial de semillas de anís, un escrúpulo.*—*Háganse, segun arte, tabletas, que se llevarán continuamente consigo, tomando una de ellas de cuando en cuando.*

Antes de terminar lo que acerca de las enfermedades epidémicas he dicho, debo contestar á una objeción que preveo ha de hacerse contra algo de ello, cual es el que mis métodos parecen no oponerse bastante á la malignidad que se une á muchas de estas enfermedades. No pretendo poder, ni quiero tampoco, destruir la opinión expuesta acerca de ella por los sábios, ya de este siglo, ya más antiguos, como quiera que la malignidad se manifiesta por señales sobradamente claras en la mayor parte de las enfermedades epidémicas. Per-

tura sentio in medium preferre, quo hæc nostra praxis minus à ratione abhorrere videatur. Ipse enim, cum eruditissimo Scaligero:

Non mihi, sed rationi, aut quæ ratio esse videtur

Mitto; securus quod mordicus hic tenet, aut hic.

Censeo itaque ego malignitatem eam omnem, quæ epidemicis competit (qualiscumque tandem fuerit specifica ejus natura), particulis calidissimis ac spirituosissimis, humorum in humano corpore contentorum naturæ plus minusve adversantibus, consistere ac terminari, quia solæ istiusmodi particulæ humores ita subito alterare valent, atque in morbis malignis fieri videmus. Censeo item calidas illas et spirituosas particulas asimilando maxime agere; cum ex naturæ lege quodlibet principium activum sui simile procreare satagat, et quæcumque ei obsistunt ad propriam indolem inflectere atque accommodare. Ita ignis ignem generat, et maligno infectus morbo socium inficit, spirituum scilicet emissionem, qui humores mox inficiendos sibi assimulant, et in naturam suam perdunt, trahuntve.

His præmissis, omnino sequitur nihil esse prius quam ut dictæ particulæ sudore eliminentur; hoc enim modo morbus confestim funditus extirparetur: at hic reclamant experientia, docetque hoc in omni malignitatis specie fieri non posse. Quamvis enim in ipsa peste particulæ pestilenciales, tum quod admodum fuerint subtiles, tum etiam quod sanguinis partibus maxime spirituosas insideant

mitaseme tan sólo exponer lo que pienso de su naturaleza, para que esta mi práctica parezca separarse ménos de la razon; pues yo tambien, con el ilustradísimo Scaligero,

No me defiende á mí, sino á la razon, ó á lo
(que razon me parece
seguro de que la crítica se ensañará en una ó
otra parte.

Así, pues, pienso que toda la malignidad propia de las enfermedades epidémicas (cualquiera fuera en último término su naturaleza específica) consiste y es determinada por partículas calidísimas y espirituosísimas, más ó ménos opuestas á la naturaleza de los humores contenidos en el cuerpo humano, porque sólo semejantes partículas pueden alterar los humores tan repentinamente como vemos que tiene lugar en las enfermedades malignas. Creo, además, que tales partículas cálidas y espirituosas obran principalmente por asimilacion; pues por una ley natural, todo principio activo tiende á procrear su semejante, y á cambiar y acomodar á su propia índole todo lo que se le opone. Así, el fuego engendra el fuego, y el inficionado por una enfermedad maligna, infecta á su compañero, por la emision de exhalaciones que asimilan á ellas los humores que han de inficionarse, comunicándolos y haciéndolos contraer su naturaleza propia.

Sentado esto, síguese, al parecer, que lo primero que debe hacerse es eliminar dichas partículas por el sudor, pues de esta manera la enfermedad se corta instantáneamente de raíz; mas á esto se opone la experiencia, enseñando que tal no puede hacerse en toda especie de malignidad. En efecto: aunque en la peste las partículas pestilenciales, ya por ser muy sutiles, ya tambien porque

dissipabiles sint, atque excitato sudore non interrumpendo ejici queant; in aliis tamen febribus, ubi particulæ assimilantes non in eam subtilitatem sunt evectæ, atque etiam humoribus magis crasis incorporantur, minere illa maligna non tantum sudoribus diffari non potest, sed sæpe numero etiam augetur, quibus isti sollicitantur, diaphoreticis. Quanto enim magis usu calefacientium actuantur particulæ hæc calidæ ac spirituosæ tanto magis intenditur ea quam habent assimilandi facultas, quantoque etiam magis excalescunt humores isti, in quos agunt, tanto libentius in assimilantium castra migrant, earumdem impresionibus cedentes. Cum ex adverso ratio dictare videatur, medicamenta illa quæ contrariæ sunt naturæ, non tantum particularum calidarum atque acrium vim inhibere, sed etiam humores condensare obfirmareque, quo spirituum morbificorum fortius sustineant impetum, vel etiam frangant. Atque appellanda hic mihi venit experientia, qua magistra edoctus sum et purpureas februm maculas, et variolarum pustulas nigras, eo promptius sumpsisse incrementum, quo magis calefieret æger, easdem vero pro ratione moderationis regiminis, quod iis omnino debetur, decrescere solere ac minui.

Jam si quis me roget, qui fiat ut, cum malignitas in ejusmodi particulis calidis ac spirituosis consistat, haud raro ita parca febris signa conspiciantur, etiam in morbissumme malignis; responderem percontanti, primo in præcipua illa, et maxime insigni malignitatis instantia, ipsa peste, abunde constat particulas morbificas ita supra modum subtiles esse

se fijan en las partes más espirituosas de la sangre, sean disipables, y excitando el sudor y sin interrumpirle, puedan ser eliminadas, en otras fiebres; no obstante, en que las partículas asimilantes no han llegado á tal grado de sutilidad, y se hallan al propio tiempo unidas á humores más crasos, el foco maligno, no sólo no puede disiparse con los sudores, sino que aún muchas veces se aumenta con los agentes con que éstos se solicitan. Cuanto más se agitan, en efecto, con el uso de calefacientes, estas partículas cálidas y espirituosas, tanto más se aumenta la facultad que tienen de asimilar; y cuanto más se calientan los humores sobre que obran, tanto más fácilmente se hacen asimilables, cediendo á las impresiones de aquellas. Por el contrario, parece dictar la razon que los medicamentos que son de naturaleza contraria, no sólo se oponen á la accion de las partículas cálidas y acres, sino que tambien condensan y afirman los humores, para que resistan á la enérgica actividad de los vapores morbíficos, y aún la quebranten. Y aquí llamo en mi apoyo á la experientia, que me ha enseñado que las manchas purpúreas de las fiebres y las pústulas negras de las viruelas se desarrollan tanto más pronto, cuanto más se calienta al enfermo, mientras que suelen decrecer y disminuir en razon de lo moderado del régimen que en todo caso les conviene.

Si alguno me preguntare cómo se explica el que, consistiendo la malignidad en semejantes particulas cálidas y espirituosas, sean en no raras ocasiones tan pocos los indicios de fiebre, aún en enfermedades extraordinariamente malignas, responderia al curioso, en primer lugar, que es bien sabido que en el principal y más notable tipo de la malignidad, la pes-

atque aculeatas (præsertim ubi primum incipit grassari) ut auræ ad instar sanguinem pervadant, ac syderatis quasi ejus spiritibus, ne in ebullitionem quidem illum attollant, unde æger sine febre perit.

At vero in minore isto malignitatis gradu qui in aliis epidemicis reperitur, symptomata febrilia ita parum conspicua redduntur, nonnunquam à confusione in sanguine atque humoribus excitata à particulis inimicis in gremio eorum conclusis; unde natura quasi oppressa non potis est, symptomata illa magis regularia exercere quæ morbo competunt, at anomala sunt phænomena, fere omnia ob œconomiam penitus eversam dirutamque; quo in casu deprimitur sæpe febris, quæ obtinente genuino naturæ ductu, omnino vigeret. Quandoque etiam pauciora se ostendunt febris indicia quam pro morbi genio, ob metastasin mineræ malignæ vel in genus nervosum factam vel in alias partes corporis, vel etiam humores extra sanguinis pomaeria, dum turgere adhuc materia morbum committens.

Quidquid vero id fuerit, ne hariolari quidem possum quænam alia medendi methodus malignitati qualicumque adhibenda sit, præter eam quæ epidemico, cui inhæret, debetur. Ita ut sive epidemicus de eorum numero sit, qui primo concoctionem materiæ febrilis, mox ejusdem rite dispositæ eliminationem per sudores sibi vendicant; vel eorum, qui per eruptionem aliquam fugam sibi quæ-

te, las partículas morbíficas son tan extraordinariamente sutiles y activas (especialmente en el principio del desarrollo de esta enfermedad), que atacan á la sangre á la manera del rayo, y como pasmando sus espíritus, para que no puedan determinar la ebullicion, por lo que el enfermo muere sin fiebre.

Por lo que hace á aquel otro menor grado de malignidad que se presenta en otras enfermedades epidémicas, los síntomas febriles son tan poco aparentes en ocasiones, por la confusion excitada en la sangre y en los humores por las partículas perjudiciales encerradas en su interior, que teniendo como oprimida á la naturaleza, la impiden determinar los síntomas regulares propios de la enfermedad, siendo anómalos casi todos los fenómenos, á consecuencia del trastorno y falta de enlace de la economía: en tales circunstancias se reprime frecuentemente la fiebre, que, á haber seguido la enfermedad el curso acostumbrado por la naturaleza, se hubiera presentado infaliblemente. Sucede tambien alguna vez que los signos de la fiebre se presentan más rebajados de lo que corresponde á la naturaleza de la enfermedad, por efecto de la metastasis del foco maligno, todavia en estado de crudeza, ya al sistema nervioso, ya á otras partes del cuerpo, ó tambien á los humores extrasanguíneos.

Mas sea de esto lo que quiera, no puedo de ninguna manera comprender qué otro método de curacion deba aplicarse á cualquiera malignidad, fuera de aquel que se debe á la enfermedad epidémica en que se ingiere. Así que, ora sea la enfermedad epidémica del número de aquellas que exigen primero la coccion de la materia febril, y después de bien elaborada ésta, su eliminacion por su-

runt; vel etiam eorum qui ab artis præsidio viam sibi aperiendam prætolantur, in singulis his, inquam, generibus, *malignitas* morbi comes, cum ipso morbo stabit cadetque, pari usa fortuna, et pari etiam passu recedens; atque ex consequenti, quæcumque evacuatio feбри in genere competit, eadem et malignitati debetur: quantumlibet evacuationes istæ sibi invicem fuerint contrariæ. Malignitati itaque isti quæ febres autumnales intermittentes comitatur, uti et febrem continuam quæ ejusdem est indolis, medebitur diaphoresis, quæ concoctionem subsequitur ceu ejus effectum. Variolarum malignitati, subveniet tempestiva abscessulorum maturatio, atque ita de reliquis; in quibus omnibus, peculiaris malignitatis species istis præsertim modis ac methodo illa optime superatur, quibus libentissime cedunt peculiare istis morbi, ad quos illa spectat, sive hac methodo procedendum fuerit, sive altera. Hoc mihi dictat ratio, nisi pro Junone nubes, atque huic etiam experientia jugiter suffragatur.

CAPUT VI.

Anacephalæosis.

Atque ita demum animadvertimus, spatium illud annorum, quo finiuntur prægressæ observationes generæ constitutionum omnino quinque peperisse; quinque nimirum peculiare aeris diatheses, totidem epidemico-rum species peculiare, febrium nominatim, producentes: febrium autem harum prima, quæ iis annis infestabat, quibus intermittentes autumnales maxime grassabantur, uni-

dores, ya de aquellas que se terminan por alguna erupcion, ó ya tambien de las que necesitan el auxilio del arte para realizar su terminacion, en todas y cada una de estas clases, la malignidad que acompaña á la enfermedad subsistirá y terminará con la enfermedad misma, siguiendo su misma suerte, y desapareciendo al mismo paso; y por consiguiente, cualquiera evacuacion que corresponda á la fiebre en general convendrá igualmente á la malignidad, aunque estas evacuaciones fueran mutuamente contrarias entre sí. Así, la malignidad que acompaña á las fiebres intermitentes otoñales, como á la fiebre continúa que es de igual índole, se curará con la diaforésis, que sigue á la coccion como efecto que es de ella. A la malignidad de las viruelas ocurrirá la oportuna madurez de los abscesillos, y así en los demás casos, en todos los cuales la especie de malignidad peculiar se combatirá perfectamente con los procedimientos y método con que ceden mejor las enfermedades esenciales á que ella acompaña, cualquiera sean los que deban seguirse. Esto me dicta la razon, si no me equivoco, y esto comprueba tambien continuamente la experiencia.

CAPITULO VI.

Epilogo.

Vemos, pues, en conclusion que el espacio de los años á que se refieren las anteriores observaciones produjo en total cinco clases de constituciones; es decir, cinco disposiciones especiales de la atmósfera, que produjeron igual número de especies particulares de fiebres epidémicas, la primera de las cuales que reinó durante aquellos años en que abundaban más las fiebres intermi-

ca mihi videtur (quantum observatione diligenti fidaque hactenus assequi potueró) in qua natura ita omnia symptomata moderabatur, ut materiam febrilem debita coctione præparatam certo suo tempore ad exitum disponeret vel per justam diaphoresin vel madorem paulo liberaliorem (quæ idcirco *febris depuratoria* mihi audit). Et profecto facile adducor ut credam, præcipuam hanc esse atque *primariam* naturæ febrem, tum ob regularem illam methodum, qua utitur in promovenda materia morbifica, eademque præfinito tempore digerenda; tum etiam quia hæc febribus aliis quibuslibet frequentior occurrit, cum credibile sit febres intermittentes, epidemice sæpius grassari, quam alios morbos quoscumque, si illis nempe habenda sit fides, qui de earum frequentia in sæculis jam elapsis tot et tanta scripserunt; quicquid demum in causa fuerit quod ita raræ comparuerint, à quo pestis hanc urbem est depopulata. Enim vero febris hæc pestilentialis inflammatoriis iis omnibus, quæ post invasere, se ducem præbebat, ac prodromum. Febris autem isti *primarie*, de qua supra, adaptantur, ni fallor, illustra illa, atque necessaria axiomata quæ tradiderunt *Hippocrates*, alique medicis antiqui; quorum ope ita illa est regenda, ut prepararetur materia febrilis ad crism per sudores rite faciendam: neque enim satis video, qui possint accommodari dicti aphorismi subsequentibus istis febrium speciebus, quæ diversam longe habent indolem, et raro ejusmodi methodo aliqua solvi solent, qua nos adjuti, si ad eam accedamus scilicet, eamque perficiamus, morbos hosce subjugare possimus. Utut vero hæc se res habeat, notatu dignum esse autumno, quod cum febris hæc, quæ ab illa

tentes otoñales, me parece ser la única (en cuanto por medio de una observacion diligente y fiel he podido hasta ahora comprender) en que la naturaleza ordenaba de tal manera todos los síntomas que disponía á la materia febril, debidamente cocida y en un tiempo determinado, para la expulsion, ó por una proporcionada diaforésis, ó por una traspiracion algo abundante, por cuya razon la llamo fiebre depuratoria. Y siéntome, en verdad, inclinado á creer que esta es la fiebre principal y primitiva de la naturaleza, ya por lo regular del método de que ésta se sirve para elaborar la materia morbifica y digerirla en un tiempo determinado, ya tambien porque esta fiebre es más frecuente que ninguna otra. nuesto que debe creerse que las fiebres intermitentes existen epidémicamente más á menudo que cualesquiera otras enfermedades, al ménos si hemos de dar crédito á los autores que tanto y tantas cosas han escrito acerca de su frecuencia en los siglos pasados, y cualquiera sea, por otra parte, la causa de que hayan aparecido tan raras veces desde que la peste se ensañó en esta ciudad. Esta fiebre pestilencial, en efecto, fué la precursora y el prodromo de todas las inflamatorias que despues invadieron. A esta fiebre primitiva de que hemos hablado, es á la que se refieren, si no me equivoco, aquellos famosos y exactísimos axiomas que enseñaron Hipócrates y otros médicos antiguos, segun los cuales ha de ser tratada de tal manera que se prepare la materia febril para que se verifique la crisis conveniente por sudor. No veo, en efecto, cómo dichos aforismos puedan acomodar se á las demás especies de fiebres que tienen una índole muy distinta y rara vez suelen ceder á un método

constitutione pendebat, qua intermittentes cæteris prædominabantur, (si vel diutius persisteret, vel æger nimis evacuationibus fuerit exhaustus) subinde in intermittentium castra de facili transiret; istæ febres quæ sequentes funestabant annos, etiam si, diutissime cruciarent, rarissime tamen intermittentes fierent; indicio satis manifesto eam febrem continuam, atque intermittentes istas, vel natura quadantenus convenire, vel non multum ab invicem abhorrere.

Jam si quis à me percontetur, quod demum pacto febris continuæ speciem ex notis in februm descriptionibus à me traditis queat expiscari, cum plerumque singulæ iis implicentur symptomatibus, quæ omnibus in genere competunt febribus (cujusmodi sunt calor, sitis, inquietudo, etc.), huic ego responderem, difficile id quidem esse, at non plane impossibile, modo quis serio, atque adamussim exegerit circumstantias eas omnes, quas in historia præcedenti indigitavimus; maxime si in urbe aliqua, aut loco alio hominibus referto, examen instituat. Ponamus enim medicum ad febre continua laborantem accersiri; id primo habet adminiculi ad judicium rite formandum, quod vel ex observatione propria, vel aliis indicantibus facile resciscat, quinam alii morbi præter hanc febrem, et cujus demum generis, eo locorum epidemice grassantur: quo cognito non amplius dubitabit cujus generis esse debeat febris ista, quæ huic alteri epidemico regnanti famulatur. Quamvis enim fieri

semejante, por medio del cual, esto es, ateniéndonos á él, y realizándole, pudiéramos subyugar estas enfermedades. Mas sea de esto lo que quiera, me parece digno de ser notado el que miéntras la fiebre que dependia de aquella constitucion en que predominaron sobre las demás las intermitentes, se trasformaba facilisimamente y á menudo en tal si, ó persistia mucho tiempo, ó el enfermo era debilitado por evacuaciones sucesivas, las fiebres que atacaron en los siguientes años, aunque atormentasen larguísimo tiempo, rarísima vez se hacian intermitentes; señal bien clara de que aquella fiebre continúa y las intermitentes tenian hasta cierto punto igual naturaleza, ó no se diferenciaban mucho entre sí.

Si alguno me preguntare ahora de qué modo podrá diagnosticarse en definitiva la especie de fiebre continúa por las señales que he expuesto en las descripciones, puesto que la mayor parte de ellas van acompañadas de los mismos síntomas que competen á la fiebre en general, cuales son el calor, sed, inquietud, etc., le responderé que ciertamente es esto difícil, mas no imposible por completo, con tal de tomarse el trabajo de examinar séria y cuidadosamente todas aquellas circunstancias que en la historia precedente hemos indicado, y principalmente si se hace este trabajo en alguna ciudad ú otro lugar en que hay gran número de individuos. Supongamos, en efecto, que el médico es llamado para un enfermo de fiebre continúa: tiene por primer auxiliar para la formacion de un juicio recto el conocimiento, que puede adquirir fácilmente, ó por su propia observacion ó por las indicaciones de otros, de las demás enfermedades y de su género, que además de esta fiebre existan epidémicamente en aque-

possit ut febris iis tantum se prodatur symptomatibus, quæ omnibus omnino febribus sunt communia (præsertim si in ataxiam, et confusionem agatur à methodo quæ ab ejus curatione prorsus aliena est) alii tamen epidemici characteres naturæ atque indoli suæ proprios ac peculiare apertissime agnoscent. Verbi gratia, qui variolas inspexerit, facile conjectabit (modo ejus morbi historiam probe calleat) vel à die quo primum erumpant pustulæ, vel ab earum magnitudine, atque colore, etc., ad quodnam variolarum genus species illa particularis fuerit referenda: atque ubi semel cognoverit quænam sit illa variolarum species, quæ eo anno atque per loca ista increbrescit, satis illi constabit, de specie febris ejusvis per id temporis, atque eo locorum grassantis. Et sane si morborum historias ad unguem perdidicissem (quam ego mihi laudem minime sumo) sicuti epidemico quovis conspecto non dubitarem de febris tum regnantis genere pronunciaré, licet né unam viderim quidem; ita febris quælibet conspecta, quisnam ei jungeretur morbus epidemicus, me satis doceret, an variolæ scilicet, vel morbilli, vel dysenteria, etc. Cum tam peculiare aliquod horum genus, quam febris peculiaris particularem quamlibet constitutionem jugiter committetur.

Secundo autem, præter indicia illa quæ epidemicorum una invadentium

illa localidad; conocido lo cual no le quedará ya duda alguna acerca de la clase de que debe ser la fiebre que acompaña á esta otra enfermedad epidémica reinante. Aunque puede suceder, en efecto, que la fiebre se revele solamente por los síntomas que son á todas las fiebres comunes (principalmente si se halla en un estado de ataxia y confusion producidas por un método que sea absolutamente inoportuno para su curacion), se percibirán, no obstante, clarisimamente otros caractéres epidémicos, propios y peculiare de su naturaleza é indole. Por ejemplo, el que se hallase con las viruelas, comprenderá fácilmente (con tal que conozca bien la historia de esta enfermedad), ó por el dia en que brotan primero las pústulas, ó por su magnitud y color, etc., á qué clase de viruelas debe referir aquella particular; y una vez conocida cuál sea la especie de viruelas que reina en aquel año y en aquellos lugares, sabrá ya también suficientemente la especie de fiebre que existe en aquellos mismos lugares y tiempo. Y en verdad que si yo conociese perfectamente las historias de las enfermedades (alabanza que de ningun modo me atribuyo), así como vista una sola enfermedad epidémica, no dudaria en decidir la clase de fiebre entónces reinante, áun sin haber visto un sólo caso de ella, así vista una cualquiera fiebre, me indicaria suficientemente qué enfermedad epidémica se la unia, si las viruelas, el sarampion, la disenteria, etc., como quiera que á cada constitucion particular acompaña siempre algun género peculiar de estas enfermedades, del mismo modo que una fiebre peculiar.

En segundo lugar, además de las nociones que nos sugiere la conside-

consideratio nobis suggeret, et ipsa cujuslibet febris symptomata ad eundem speciem dignoscendam, haud obscuram lucem foenerantur. Quamlibet enim, ut supra innuimus, febres in universum omnes quaedam habent symptomata omnibus communia; sunt tamen et certae aliquae distinctionis notae, quas singulis speciebus sigillatim impresit natura; quae cum subtiliores sint ac magis reconditae, non nisi à cautissimis, et minutissima quaeque pensiculatim trutinantibus erui solent, aut investigari. Inter haec signa distinguenda semper existimavi ego, aegri sive sudationem, sive siccitatem in hoc vel illo morbi tempore, febris speciem praecipue et praeter caeteris demonstrare, modo illa à statu naturali ac suo, methodo minus congrua non fuerit dejecta. Atque hoc ipsum liquido mihi constabat in febribus omnibus epidemicis, quotquot observationes haec nostrae hactenus complectuntur. Exempli gratia, iis in febribus quae vigebant exolescente intermittenrium autumnalium praedominio, aegri externa arescebant, nec vel minima sudores praesignatio ante materiae febrilis concoctionem, quae die decimo quarto plerumque perficiebatur, in conspectum se dabat. Neque etiam cieri hic poterat sudor sine ingenti aegrorum discrimine, qui in phrenesin, aliaque symptomata periculosissima mox à coacto sudore praecipitabantur. In febre pestilentiali, quae hanc quidem subsecuta est (inflammatoriarum autem omnium quae ab illo tempore invasere, chorum duxit), nulli sudores sponte sua prorumpabant, at à sudorificis excitari poterant vel primis morbi diebus, atque iis semel obortis aeger nullo non symptomate levabatur. Febre proxime succedente, quae variolas iis annis comitaba-

cion de las enfermedades epidémicas que acometen si multáneamente, los mismos síntomas de cada fiebre dan para diagnosticar su especie no poca luz. Porque si bien, como ántes hemos dicho, todas las fiebres tienen siempre algunos síntomas comunes á todas, presentan tambien, sin embargo, ciertos signos distintivos, impresos característicamente á cada especie por la naturaleza, que, siendo más sutiles y ménos aparentes, nó suelen descubrirse ni investigarse sino por los más sagaces y que analizan detenidamente todas las pequeñas. Entre estos signos distintivos he creído siempre que el sudor ó la sequedad en tal ó cuál tiempo de la enfermedad es lo que indica principalmente, y mejor que otro alguno, la especie de la fiebre, con tal que no se haya desviado á la enfermedad de su curso natural con un tratamiento inoportuno. Esto lo he visto bien claramente en todas las fiebres epidémicas comprendidas hasta aquí en nuestras observaciones. Así, por ejemplo, en las fiebres que se presentaron al desvanecerse el predominio de las intermitentes otoñales, las partes exteriores del enfermo estaban secas, y no aparecia la menor señal de sudor ántes de la coccion de la materia febril, que se realizaba por lo comun el dia catorce. Y ni podia tampoco promoverse el sudor sin gran perjuicio para los enfermos que caian en el delirio y otros peligrosísimos síntomas inmediatamente despues de forzado el sudor. En la fiebre pestilencial que siguió á ésta y que precedió á todas las demás inflamatorias ocurridas desde aquella época, no brotaba espontáneamente sudor alguno; pero podian determinarse por los sudoríficos, áun en los primeros dias de la enfermedad, y una vez iniciados éstos, el enfermo se aliviaba.

tur, quibus illæ regulares erant, æger sua sponte effusissimis sudoribus totus dimanavit vel à morbi initio; at qui istis indulgebat æger, intendebat illico symptomata omnia, haud mitigabat. In binis febribus, quæ duabus variolarum anomalarum speciebus, atque dysenteriis se comites adjungebant, et sudores anomali etiam fuere: at plerumque solis primis diebus exeuntes, licet qui primam febrem comitabatur sudor, quam qui posteriorem, aliquantisper esset copiosior, sed in neutra emolumento fuit ægro, cum non à prævia concoctione, sed à confuso particularem noxiarum motu is eliceretur.

Arduum vero id mihi in primis videtur, novæ febris speciem, vertere primum anni constitutione indagare, cum necdum specimen ejus aliquod quis oculis usurpaverit, nec dum resciverit, qualesnam demum sint futuri morbi epidemici, quos ut plurimum febris prævertit. Molestum esset singula enumerare, quæ iis annis, de quibus egi, decurrebant, quo liqueret ansas haud obscuras à natura nobis suggeri, quibus adjuti hoc præstare valeamus; ac proinde cognitio hæc à perdiligenti atque accuratissima circumstantiarum omnium observatione necessario penderet. Quantumlibet autem difficile id fuerit, imo si et impossibile plane supponamus, novæ febris, ubi primum ingreditur, speciem certi distinguere; tamen ad curationem, quod attinet, indicatio à *juvantibus* et *lædentibus* sumenda, nobis saltem relinquatur; cujus ope viam paulatim prætentantes ægrum in tuto possi-

ba de todos los síntomas. En la fiebre que la sucedió inmediatamente y que acompañaba á las viruelas en los años en que éstas fueron regulares, el enfermo se inundaba espontáneamente en sudores copiosísimos, aún desde el principio de la enfermedad; pero el que contemporizaba con ellos, no sólo no mitigaba, sino que aumentaba por este hecho mismo todos los síntomas. En las dos fiebres que acompañaron á las dos clases de viruelas anómalas y á las disenterías, los sudores fueron igualmente anómalos; mas no presentándose las más veces sino en los primeros dias, y aunque el sudor que acompañaba á la primera fiebre era bastante más copioso que el de la última, en ninguna produjo alivio al enfermo, por no ser determinado por una coccion prévia, sino por un movimiento desordenado de las partículas viciadas.

En mi juicio, lo más difícil en este asunto es el diagnosticar una especie nueva de fiebre al principio de la aparición de una constitucion anual, cuando no se ha visto todavía ningun caso de ella, y no se sabe cuáles serán las futuras enfermedades epidémicas á que por lo comun precede la fiebre. Fuera enojoso el enumerar todas las que ocurrieron en los años de que he tratado para poner de manifesto que la naturaleza nos suministra datos de no poco valor con que poder lograr este conocimiento, que por consiguiente puede obtenerse sólo mediante una observacion muy esmerada y atenta de todas las circunstancias. Mas por muy difícil que esto sea, y aún suponiendo imposible en absoluto el distinguir con seguridad la especie de una fiebre nueva quando empieza á aparecer, no obstante, por lo que toca á la curacion, nos queda siempre al ménos el recurso

mus collocare, modo ne plus satis properemus; quia quidem *festinatione* nihil ego quicquam exitius esse autumo, nec re ulla alia febricitantium plures vita spoliari. Neque pudet fateri me non semel in curandis febribus, ubi nondum constaret quid mihi agendum esset, nihil prorsus agendo et mihi et ægro consuluisse optime, dum enim morbo invigilarem, quo eum opportunius confodere valerem, febris vel sponte sua sensim evanuit, vel in eum se typum redegit, ut jam mihi innotesceret quibus armis esset debellanda. Sed, quod dolendum omnino est, ægrorum quamplurimi, haud satis quam quod perinde sit medici periti quandoque nihil agere, atque alio tempore efficacissima adhibere remedia, prohibitis atque fidei fructum hunc capere nolunt, sed vel negligentiae vel ignorantiae id imputant; cum empiricorum insulsissimus quilibet medicamenta medicamentis adjicere æque novit, ac solet magis quam medicorum prudentissimus.

Hæc sunt fere quæ hactenus observavi, saltem quæ ad normam aliquam reduci potuerim, de morborum epidemicorum speciebus, atque ordine illo quo invasere ab anno 1661 ad finem usque anni 1675. Quo quidem tempore variolæ, et febres continuæ earum comites, quæ ferme à biennio dominatæ sunt, mitiores jam factæ videntur exolescere. Qui post

de sacar las indicaciones de lo que daña y de lo que aprovecha, á beneficio de lo cual, investigando poco á poco el camino que debe seguirse, podemos asegurar al enfermo, con tal de que no nos aceleremos más de lo conveniente, pues nada tengo por más fatal que este apresuramiento, ni ninguna otra cosa ha quitado la vida á más febricitantes. Y no me avergüenzo de confesar que más de una vez en la curacion de las fiebres, cuando no sabía todavía qué era lo que debía hacer, ha probado perfectamente al enfermo y á mi propia reputacion el no hacer absolutamente nada, pues en tanto que observaba la enfermedad para poder atacarla más oportunamente, ó se disipaba espontáneamente la fiebre poco á poco, ó se trasformaba, presentando un aspecto tal que me eran ya conocidos los medios con que debía combatirla. Pero... ¡cosa en alto grado sensible! la mayor parte de los enfermos que no saben bastante que es tan propio de un médico perito no hacer nada en ocasiones como el aplicar en otras remedios enérgicos, no quieren recoger este fruto de honradez y buena fé, sino que achacan esto á descuido ó ignorancia, sin reparar en que el empírico más ignorante sabe acumular medicamentos sobre medicamentos, lo mismo que el más prudente médico, y aún suele hacerlo más á menudo que éste.

Esto es lo que hasta aquí he observado, al ménos lo que he podido reducir á un determinado método, acerca de las enfermedades epidémicas, y con el orden en que han invadido desde el año 1661 hasta fines del 1675. En esta época las viruelas y las fiebres continuas que las acompañaban y que han dominado casi por completo por espacio de dos años,

sequentur morbi, solus novit, qui novit omnia.

SECTIO SEXTA.

CAPUT PRIMUM.

Febres intercurrentes.

Observationes annorum, quos jam descripsi, satis arguunt febrium alias stationarias merito audire, ejusmodi febres intelligo, quæ, cum à particulari quadam, at nondum satis cognita hujus aut alterius anni constitutione pendeant, singulæ suæ ordine invalescunt, grassantur admodum, et quasi cæteris dominantur per continuam illam annorum seriem. An dentur etiam aliæ species præter jam dictas: an etiam exacto quodam annorum curriculo, aliæ alias certo ac constanti ordine excipiant, an secus se res habeat, nondum mihi licuit deprehendere. Sunt vero et aliæ febres continuæ, quæ licet jam parcius, jam inclementius sæviant et depopulentur, tamen cum stationariorum quibuslibet, ut etiam et secum invicem eodem anno indifferenter commiscantur, quas idcirco intercurrentes appellandas censeo. Quid tam de illarum ingenio, quam de methodo medendi eisdem adhibenda, hætenus observando didici, in sequentibus tradam. Sunt vero, *febris scarlatina, pleuritis, peripneumonia notha, rheumatismus, febris erysipelatosæ, angina*. Et forte aliæ quædam.

Jam vero cum universos hosce

hechas ya más sencillas, parecen disiparse. Cuáles sean las enfermedades que han de sobrevenir después, sábelo solamente el que todo lo sabe.

SECCION SEXTA.

CAPITULO PRIMERO.

Fiebres intercurrentes.

Las observaciones de los años que he descrito indican bastantemente que hay entre las fiebres algunas que con razon se llaman estacionarias, por cuyas fiebres entiendo aquellas que, dependiendo de cierta particular y aún no conocida constitucion de tal ó cuál año, se presentan alternativamente, alcanzando una extension extraordinaria y como dominando á las demás miéntras subsiste la constitucion de aquellos años. Aún no me ha sido dado averiguar si existen otras especies de fiebres además de las dichas, ni si se presentan en un determinado espacio de años, siguiéndose las unas á las otras con un órden cierto y constante, ó si pasan las cosas de otro modo. Hay, empero, otras fiebres continuas, que, aunque más ó ménos violentas, y más ó ménos numerosas, se mezclan indiferentemente en un mismo año con cualquiera de las estacionarias y consigo mismas, y á las que juzgo, por tanto, deber llamar intercurrentes. Voy á exponer lo que hasta aquí me ha enseñado la observacion, tanto acerca de su naturaleza como del método de curacion que las corresponde. Son: la fiebre escarlatina, la pleuresía, pulmonía nota, reumatismo, fiebre erisipelatosæ, angina, y quizá alguna otra.

Como quiera que á todas estas

morbos, vel adhuc comitetur febris, vel saltem fuerit comitata, donec exonerata in partes sive has sive illas, pro morbi ratione, materia febrili, sibi exitum invenerit; nullus dubito febrem ipsam pro morbo primario habendam, reliquosque affectus à quibus ut plurimum morbi isti nomem mutantur, symptomata esse, quæ vel peculiarem criseos modum, vel partem, in quam ruit morbi vis, præcipue spectant. Verum modo de re conveniat, nullam de nominibus movebo litem; mihi integrum fuerit morbum hoc vel illo nomine designare, pro arbitrio meo.

Animadvertendum est, quod sicuti febres stationariæ, de quibus supra egimus, magis minusve epidemice infestant, quod jam diximus, prout annorum constitutio in secreta atque inexplicabili aeris temperie fundata, eisdem favet, ita etiam intercurrentes hæ nonnunquam, licet non ita frequenter atque istæ, epidemice grassantur. Quamvis enim plerumque orientur ab hac vel illa particulari corporum particularium anomalia, qua sanguis atque humores quoquo modo vitiantur, aliquando tamen originem debent suam mediate quidem causæ alicui generali in ære manifestis qualitatibus hominum corpora ita disponente, ut exinde tales talesve sanguinis humorumque dyscrasiæ generentur, quæ intercurrentium ejusmodi epidemiarum causæ fuerint immediatæ. Uti cum gelu acrius diu perseveraverit, se in veris usque pomœria longius extendens, derepente autem calidior tempestas succedat, *pleuritides, anginæ*, similesque morbi alii solent invadere, qualiscumque demum fuerit constitutio annorum generalis.

enfermedades acompaña siempre la fiebre, ó al ménos miéntras que, descargada la materia febril en estas ó aquellas partes, se dispone salida segun la naturaleza de la enfermedad, no abrigo duda alguna de que la fiebre es la que debe ser tenida por la primitiva enfermedad, y que los demás fenómenos de los que toman su nombre son en la mayoría de los casos síntomas que principalmente se refieren, ó al modo peculiar de la crisis, ó á la parte sobre que obra la causa de la enfermedad. Mas con tal que se convenga en la cosa, no promoveré cuestion alguna sobre los nombres, quedando así en libertad de designar la enfermedad con la denominacion que me plazca.

Conviene advertir que del mismo modo que las fiebres estacionarias, de que ántes hemos hablado, atacan más ó ménos epidémicamente, segun ya dejamos dicho, y segun que las favorece la constitucion propia de los años, dependiente del desconocido é inexplicable modo de sér de la atmósfera, así tambien las intercurrentes se presentan á veces epidémicamente, aunque no tan frecuentemente como aquéllas. Y aunque por lo general proceden de tal ó cuál alteracion especial del organismo que vicia de una manera cualquiera la sangre y los humores, se originan mediatamente, no obstante, en ocasiones de alguna causa general existente en el aire, que dispone de tal modo el organismo por sus propiedades especiales, que en su virtud se engendran en la sangre y los humores discrasias que son la causa inmediata de estas fiebres intercurrentes epidémicas. Así, cuando despues de frios de larga duracion y prolongados hasta la primavera, sobreviene de pronto un tiempo más caluroso, suelen presentarse pleuresías, anginas y otras

Et quoniam hi nonnunquam epidemice grassantur perinde atque alii isti, idcirco ut hos ab illis febribus dispescam, quæ ad certam annorum seriem determinantur, omnibus indifferentes appellare libet.

Quanto autem à se invicem intervallo dissideant duò hæc febrium genera, quantum ad causas aere subministratas, quoad alias tamén causas externas, ac procatarticas spectat, sæpenumero conveniunt. Ut enim jam mittamus contagium, quod quidem nonnunquam febrium stationarum aliquibus ansam exporrigit, et crapulam taceamus, qua matre proseminantur tum istæ febres, tum hæc etiam, de quibus jam ago; causa evidens externa febrium quamplurimarum inde petenda est, quod quis scilicet, vel præmaturius vestes abjecerit, vel ab exercitio incalescens se frigori incautius exposuerit; unde poris subito oclusis, retentisque iis halitibus, quibus alias per cutis spiracula patebat exitus, hæc vel illa febris species in sanguine succenditur, prout vel generalis constitutio, quæ tum temporis obtinet, vel particulares humorum dyscrasie in hanc vel illam febris speciem potentius determinaverint. Et sane existimo plures modo jam designato, quam *peste*, *gladio*, atque *fame* simul omnibus perire; etenim si quis ægrum medicus de prima morbis occasione paulo minutius interrogaverit (modo ex acutorum istorum numero sit quos supra tractavimus) audiet quasi semper, vel eum vestem aliquam temere depossuisse, cui pridem assueverat, vel corpus motu excalectum subito frigori permisisse, atque ex alterutra harum occasione incidisse in mor-

enfermedades semejantes, sea cualquiera la constitucion general de los años; y como éstas, lo mismo que las estacionarias, acometen á veces epidémicamente, creo deber llamarlas intercurrentes, por hacerlo indiferentemente en todos los años y para distinguirlas de aquellas que sólo aparecen en una determinada série de años.

Por mucho, empero, que estos dos géneros de fiebres se diferencien entre sí por lo que hace á las causas relativas á la atmósfera, convienen, sin embargo, y muchas veces, en lo que respecta á otras externas y procatárticas. Así, y prescindiendo del contagio, que es en ocasiones la causa de algunas fiebres estacionarias, y haciendo caso omiso de la erápula que produce igualmente las estacionarias y las de que ahora tratamos, la causa externa evidente de la inmensa mayoría de las fiebres se encontrará, ó en el hecho de haberse aligerado demasiado pronto de ropa, ó en haberse expuesto incautamente al frio estando acalorado por el ejercicio; de donde resulta que cerrados repentinamente los poros de la piel y retenidas aquellas exhalaciones que se expelen comunmente por la traspiracion cutánea, enciéndose en la sangre tal ó cuál especie de fiebre, segun que la constitucion general reinante en aquel tiempo, ó las alteraciones particulares de los humores determinen más poderosamente una ú otra. Creo en verdad que la causa antedicha ha quitado la vida á más individuos que la peste, la guerra y el hambre juntas; y si algun médico se toma el trabajo de preguntar minuciosamente al enfermo por la primera causa de su enfermedad (siempre que sea del número de las agudas de que hemos tratado), verá casi siempre que, ó se ha despojado impruden-

bum. Quam ob causam familiares meos semper moneo, ut nullo alio anni tempore quicquam vestium, quibus assueveré, sibi detrahant, nisi mense uno ante *solstitium æstivum*: nec minori cum studio eosdem hortor, ut ab exercitio calescentes frigus sædulo evitent.

At vero diligenter hic loci notandum est, quod licet morbi isti, qui sub intercurrentium titulo jam mihi tractandi veniunt, plerique, si non omnes, *essentiales* fuerint morbi, sæpenueró tamen affectus quidam, tum eos quoad phænomena referentes, tum eodem etiam insigniti nomine, istis febribus superveniunt quas stationarias apello, et sunt nuda earum symptomata: quo in casu non jam illa methodus adhibenda est, quæ iis debetur, quoties morbi sunt *essentiales*, at ista potius quam sibi postulat febris, cujus nunc sunt symptomata, ad quorum quidem curationem ea leviter tantum inflectenda est: in genere autem ad anni febri serio attendendum est, investigandumque quo illa pacto facillime expugnari possit, venæ sectione, an sudoribus, vel alia methodo qualibet. Hoc si susque deque habeatur, cum ingenti ægrorum discrimine persæpe erravimus. Si quis objecerit hos ipsos affectus, quos ego *essentiales* voco, et de quibus jam ago, revera symptomata tantum esse, respondeo, symptomata ea forte esse respectu febris ad quam proprie spectant, at symptomata sunt saltém febrium, quæ illa semper ac necessario producant. V. gr., in *pleuritide* *essentiale* febris ejus est indolis, ut semper materiam

temente de algun vestido á que estaba acostumbrado, ó que su cuerpo, acalorado por algun ejercicio, fué sorprendido por un frío súbito, y que por una ú otra causa habia enfermado. Por esto es por lo que aconsejo siempre á mis pacientes que en ninguna otra época del año se despojen de cualquiera prenda de vestir á que estuvieren acostumbrados sino un mes ántes del solsticio estival, y con igual interés les ordeno que eviten el frío despues de un ejercicio que les haya acalorado.

Pero debemos notar aquí diligentemente que aunque las enfermedades que vengo tratando con el título de intercurrentes son en muchas, sino en todas las ocasiones, enfermedades esenciales, ocurren, sin embargo, con mucha frecuencia, en las fiebres que llamo estacionarias, ciertos accidentes parecidos por sus fenómenos á las intercurrentes, y que hasta se designan con el mismo nombre que éstas, y son solamente síntomas de las estacionarias; en cuyo caso no debemos trátarlos con el mismo método que reclaman cuando son enfermedades esenciales, sino más bien con el que exige por sí misma la fiebre, de que en tal supuesto son sólo síntomas, y para cuya curacion no es necesario más que variar aquél ligeramente. En general es preciso atender á la fiebre propia de la época é investigar con qué medio se la podría desterrar más fácilmente; si con la sangría, los sudoríficos ó cualquiera otro. De no atender á esto debidamente, se cometerán errores de grandísima trascendencia. Y si alguno me objetase que todas estas afecciones que yo llamo esenciales, y de que tratamos, no son otra cosa en realidad que síntomas, responderé que pueden serlo en ocasiones de la fiebre estacionaria, como lo son de las fiebres que

morbificam in pleuram deponat; in *angina* essentiali ejus indolis est, ut eadem ad fauces semper amandet, atque ita se res habet in cæteris: cum ubi affectuum memoratorum utervis febris superveniat, quæ ad hanc illamve annorum constitutionem spectat, atque ab ea pendet, idem per accidens tantum, neutiquam vero necessario producitur. Quo nomine haud parum à se invicem disterminantur.

Jam autem ut affectus essentielles mihi dictos ab iis qui symptomatice tantum sunt, rite distinguamus, multum confert nobiscum perpendisse, quod qualia sint symptomata quæ invasionem febris hujus alteriusve stationariæ comitantur, talia omnino erunt symptomata quæ insultum sive pleuritidis, sive anginæ sequuntur, quoties ejusmodi febris accidentia sunt tantum. Quod quidem cernere erat in pleuritide symptomata prædicta, quæ febris per hyemem grassanti, anno 1675, superveniebat. Quotquot enim hæc laborabant pleuritide, ubi primum corripiebantur, capitis, dorsi, et artuum patiebantur dolorem, quæ certissima erant et maxime vulgaris febrium earum omnium symptomata, quæ et antequam ingrederentur pleuritides, invadebant, atque illis expirantibus adhuc durabant. Cum quoties uterlibet horum intercurrentium morbus essentialis est, omnibus indifferenter annis pari modo aggreditur, nihil prorsus habens commune cum febre stationaria per id tempus regnante. Ad hæc symptomata omnia quæ post emergunt magis perspicua sunt, cum non obscurentur ac confundantur ab aliorum phenomenorum quæ naturæ

siempre y necesariamente los producen; por ejemplo, en la pleuresía esencial su fiebre es de tal índole, que tiende siempre á fijar en la pleura la materia morbífica; en la angina su tendencia es á depositarla en las fauces, y otro tanto sucede en las demás; pero cuando una ú otra de las afecciones mencionadas sobreviene en una fiebre propia de tal ó cual constitucion de los años, y es de ella dependiente, es producida sólo de una manera accidental y no necesariamente, distinguiéndose, pues, mucho bajo este aspecto unas de otras fiebres.

Ahora bien; para distinguir convenientemente las afecciones que he llamado esenciales de aquellas que son tan sólo sintomáticas, es preciso tener presente que cuales sean los síntomas que acompañan á la invasion de ésta ó la otra fiebre estacionaria, tales serán los que se presentan en el principio de la pleuresía ó de la angina, siempre que sean solamente accidentales de la misma fiebre. Esto sucedia en la pleuresía sintomática de que ántes hemos hablado, y que sobrevenia en la fiebre existente por el invierno del año 1675. En efecto; todos los que padecieron esta pleuresía acusaron, inmediatamente despues de ser atacados, dolor de cabeza, dorso y miembros, síntomas los más ciertos y comunes en todas las fiebres que invadieron ántes de presentarse las pleuresías, y que persistían todavía despues de haber éstas desaparecido. Por el contrario, siempre que cualquiera de estas fiebres intercurrentes es enfermedad esencial, ataca en todos los años de una manera semejante, sin tener nada de comun con la fiebre estacionaria que reina al mismo tiempo; además todos los síntomas que aparecen despues son mucho más nota-

sunt diversæ et ad aliam spectant febrem, admixtione. Præter hæc, anni tempus, quo essentialia intércurrentes plerique, non tamen omnes, solent infestare, haud raro subinnuit ad quam classem hujusmodi affectus referendi sint. At vero ad morborum, tum horum, tum aliorum etiam omnium diagnosin, iis demum instructissimus accedet, qui observatione ac diligenti ita intime eorum phœnomena rimando perscrutatus fuerit, ut ubi eos inspexerit, genus statim norit distinguere; licit differentiarum characteristicarum aliæ ita sint fortasse subtiles ac delicatæ, ut easdem alteri verbis nequeat exprimere.

Quando quidem autem variæ hæc febrium species (quantum quidem assequi possum ex phœnomenis, quæ tum morbos ipsos, tum medendi rationes attinent, sedulo pensitatis) peculiari, ac cuilibet morbo propriæ sanguinis inflammationi ortum debent suum, in eodem refrigerando contemperandoque omnis mihi fere curationis vertitur cardo; methodo interim pro morbi genio variata, et cui, experientia jugiter suffragante, ea species libentissime concedit, materiæ morbificæ eliminandæ ubique satago. Et profecto in febrium quarumlibet curatione omne punctum tulerit, qua porta excludenda veniat materia febrilis, qui certo norit; venæ sectione verbi gratia, sudoribus, catharsi, aut si qua est alia magis apposita.

bles, pues que no se hallan oscurecidos ni confundidos por la presencia de otros fenómenos de naturaleza diversa y que se refieren á otra fiebre tambien distinta; asimismo la época del año en que la mayor parte de las enfermedades intercurrentes esenciales, aunque no todas, suelen atacar, indica no pocas veces á qué clase deben referirse estas afecciones. Empero sólo se hallará en buenas condiciones para hacer el diagnóstico, tanto de estas como de todas las demás enfermedades, aquel que hubiere examinado y observado sus fenómenos tan perfectamente que pueda distinguir su especie inmediatamente que se le presenten á la vista, por más que algunas de sus diferencias características puedan ser tan minuciosas y delicadas que no le sea fácil hacerlas ver á otro por medio de la palabra.

Como quiera que estas diferentes especies de fiebres deben su origen (en cuanto puede deducirse de los fenómenos atentamente examinados y referentes, tanto á las enfermedades en sí mismas, quanto á su método curativo) á una inflamacion particular de la sangre, y especial en cada enfermedad, creo que lo esencial de la curacion consiste en refrescar y atemperar aquélla, procurando al mismo tiempo eliminar la materia morbosa con un método diferente, segun la índole de la enfermedad y con el que una repetida experiencia haya demostrado convenir mejor á cada especie.

Y en verdad que el punto cardinal en el tratamiento de toda fiebre consiste en conocer por qué punto debe ser expulsada la materia febril, si por la sangría, por ejemplo, por sudores, por deposiciones, ó de otra manera más adecuada.

CAPUT II.

Febris scarlatina.

Scarlatina febris, licet nullo non tempore posset incidere, ut plurimum tamen exeunte æstivo se prodit, quò quidem integras familias, infantes vero præ cæteris infestat. Rigent, horrentque sub initio, ut in aliis febribus, qui hac afficiuntur, neque vehementer admodum ægrotant; postea cutis universa maculis parvis rubris, interstingitur, crebrioribus certe et multo latioribus, magisque rubentibus, at non perinde uniformibus, ac sunt illæ quæ morbillos constitunt. Ad duos tresve dies persistunt hæ maculæ, quibus demum evanescentibus, decedenteque subjecta cuticula, restant furfuracæ quædam squamulæ ad instar farinæ corpori inspersæ, quæ ad secundam aut tertiam vicem se produnt, conduntque vicissim.

Cum hic morbus nihil aliud mihi videatur, quam mediocris sanguinis efervescentia à prægressæ æstatis calore, aut alio aliquo modo excitata, nihil quidquam molior, quo minus sanguis sibi despumando vacet, et materiæ peccanti, quæ satis prompte adjungitur, per cutis poros ablegandæ. Quamobrem tum hinc et à venæ sectione, et ab enematum usu mihi temperans (quibus remediorum formis facta evulsione particulas sanguinis infectas cum eodem intimius permisceri, et motum natura magis congruum sufflaminari autumo) tum ex altera parte ab exhibendis cardiacis, quorum æstu impetuosius forte exagitabitur sanguis, quam propagata et leni illa separatione in qua jam totus est (quidquod et vehementior febris hoc fomite possit accendi); satis habeo ut aeger à carnibus insoli-

CAPITULO II.

Fiebre escarlatina.

Aun quando la fiebre escarlatina puede presentarse en cualquier época del año, lo hace más ordinariamente á la terminacion del estío, en cuyo tiempo acomete á familias enteras, y sobre todo á los niños. Los afectados sienten escalofrios, y horripilaciones como en las demás fiebres, pero no se encuentran muy desazonados; despues se cubre toda la piel de pequeñas manchas rojas, apiñadas y mucho más extensas, rubicundas y deformes que las del sarampion. Estas manchas duran dos ó tres dias, y desvaneciéndose al fin, y desprendiéndose el epidérmis, quedan unas escamillas furfuráceas, como de harina esparcida por el cuerpo, que se reproducen y desaparecen alternativamente hasta dos ó tres veces.

No siendo otra cosa, en mi juicio, esta enfermedad más que una ligera agitacion de la sangre, producida por el calor del pasado estío ó por otra causa cualquiera, nada, por mi parte, hago para ayudar á la sangre á que efectúe su despumacion, ni para que se elimine por los poros de la piel la materia pecante que bien pronto se halla reunida. Así que, absteniéndome por un lado del uso de la sangría y los enemats (con cuyos remedios, determinada una revolucion, creo se mezclarian más íntimamente con la sangre sus partículas inficionadas y se impediria el más conveniente trabajo de la naturaleza) y evitando por otro el empleo de los cordiales, cuyo calor determinaria quizá en la sangre una agitacion más intensa de lo conveniente á la suave y lenta separacion que en ella se efectúa, á

dum abstineat, et à liquoribus spirituosis quibuscumque, tum ut neque usquam foras prodeat, neque se perpetim lecto affigat. Cui jam penitus desquamata, et cessantibus symptomatibus, è re fore existimo, ut purgetur æger leni aliquo medicamento, ætati atque viribus accommodo. Simplici hac et naturali plane methodo hoc morbi *nomen*, vix enim altius assurgit, sine molestia aut periculo, quòvis facillime abigitur. Cum è contra si plus negotii ægris facessamus, vel lectulis continenter incarcerando, vel cardiacis aliisque remediis supervacaneis nimis docte, et (ut vulgo videtur) secundum artem supra modum ingestis, morbus statim intenditur, et æger non raro nulla alia de causa, quam nimia medicæ diligentia ad plures migrat.

Verumtamen hoc animadvertendum volo. Si convulsiones epilepticæ vel etiam coma, huic morbo sub initium eruptionis supervenerint (quod quandoque accidit in pueris ac junioribus hoc morbo laborantibus) omnino oportet, ut epispasticum amplum ac forte posteriori cervici applicetur; atque porro ut paregoricum è syrupo de meconio statim exhibeatur, repetendum singulis noctibus usque dum convalescerit; imperando interim ut æger bibat pro potu ordinario lac cum triplo aquæ coctum, et à carnis esu abstineat.

CAPUT III.

Pleuritis.

Hic morbus, quo nec alius frequentior, nullo non tempore infestat, po-

más de que podrian determinar una mayor fiebre, me contento con que el enfermo se abstenga por completo de las carnes y de toda clase de licores espirituosos, con que no salga de casa y no se esté continuamente en la cama. Luégo que se han caído todas las escamas de la piel y se han disipado los síntomas, creo conveniente purgar al enfermo con un medicamento suave y acomodado á su edad y fuerzas. Con este método sencillo, y por completo natural, esta enfermedad, que apenas merece semejante nombre, se desvanece facilísimamente y sin ningun peligro. Por el contrario, cuando se molesta demasiado al enfermo, ora reteniéndole continuamente en la cama, ora haciéndole tomar con exceso cordiales y otros medicamentos innecesarios, en tal caso la enfermedad se agrava inmediatamente y el enfermo perece muy á menudo, sin más causa que una demasiada intervencion médica.

Quiero hacer aquí, no obstante, una advertencia. Si sobrevienen en el principio de la erupcion de esta enfermedad convulsiones epilepticas (como sucede algunas veces en los niños y jóvenes que la padecen) conviene sobre manera aplicar á la parte posterior del cuello un ancho epispástico, y además prescribir inmediatamente un paregórico, como el jarabe de meconio, que se repetirá todas las noches hasta la convalecencia, mandando beber al enfermo entre tanto leche cocida en tres cuartas partes de agua, y que se abstenga de comer carne.

CAPITULO III.

Pleuresia.

Esta enfermedad, una de las más frecuentes, ataca en todo tiempo, y

tissimum vero anno inter ver et aestatem ambigente. Nam per id temporis sanguis à nova solis vicinia excalet factus in effervescentias et inordinatos mctus effrænatus ruit. Temperamento sanguineo præditos præ reliquis aggreditur, sæpe etiam rusticos, *et duro jam fractos membra labore*. A rigore plerumque atque horrore orditur, quos excipiunt calor, sitis, inquietudo, et cætera febrium symptomata plus satis nota. Elapsis pauculis horis (licet aliquando multo serius ingruat symptoma hoc) æger vehementi dolore, eoque punctorio, in laterum alterutro circa costas corripitur, qui nunc versus omoplatas, nunc spinam, nunc ex adverso versus anteriora pectoris se propagat. Tussi etiam crebra affligitur, quæ magnum adfert cruciatum, à partium inflammatarum contentione ortum, unde spiritum subinde reprimat, ut prima tussiendo molimina coerceat. Quæ singulis vicibus *anacatharsi* rejicitur materia, sub initio morbi pauca et tenuis conspicitur, et sæpe sanguinis particulis intermixta; sed procedente morbo copiosior est et magis concocta sanguine etiamnum permixta. Febris interea pari passu incedit, quin et vires sumit à symptomatibus illis, quæ ab ipsa nascuntur. Atque dicta febris cum funesto comitatu omni (tussi scilicet, sputo sanguinis, dolore, etc.); pro ratione liberioris materiæ morbificæ spectorationis, sensim minuitur. At vero materia hunc morbum committens, non semper eodem procedente, concoctionem spectorationi debitam attingit; fit enim non raro, ut materia paucula adhuc et tenuis, sicut in principio morbi, tussiendo educatur, et consequenter febris cum reliquis symptomatibus nihilum remittat, donec ægrum jugulaverit. Æger interea nunc alvo est nimis adstricta, nunc soluta nimis,

muy especialmente en el que media entre la primavera y el verano. Calentada, en efecto, la sangre en esta época por la nueva proximidad del sol, se hace asiento de agitaciones extraordinarias y de movimientos desordenados. Los individuos de temperamento sanguíneo la padecen con más frecuencia que los demás, y principalmente los campesinos y los quebrantados por trabajos rudos. Principia generalmente por escalofrío y horripilación, á que sigue calor, sed, inquietud y demás síntomas propios y bien conocidos de las fiebres. Pasadas pocas horas (aunque en algunos casos tarda mucho más en presentarse este síntoma), es acometido el enfermo de un intenso dolor pungitivo en uno ú otro costado, alrededor de las costillas, que ora se propaga á los omóplatos, ora á la espina dorsal, ó ya, por el contrario, hácia la parte anterior del pecho. Moléstale tambien una tos frecuente, que aumenta el dolor por las sacudidas de las partes inflamadas, lo que obliga á menudo al enfermo á contener la respiración para precaver la tos. La materia arrojada por expectoración en cada acceso de tos es poca y clara al principio de la enfermedad, y en muchos casos se halla mezclada con partículas de sangre; mas á medida que la enfermedad progresa, se presenta en mayor cantidad y más espesa, y mezclada tambien con sangre. La fiebre, entre tanto, aumenta en la misma proporción que los síntomas que de ella dependen, disminuyedo despues poco á poco, y al propio tiempo que la tos, los esputos sanguinolentos, el dolor, etc., á medida que se hace más fácil la expectoración de la materia morbífica. Empero no siempre la materia determinante de esta enfermedad alcanza en el curso de ella el grado de cocción debido para ser ex-

dejectionibus crebris et liquidissimis. Est ubi morbo admodum invalescente, et venæ sectione non celebrata, æger ne tussire quidem valeat, sed immani dyspnœa laborans, tantum non suffocetur inflammationis vi; quæ tanta aliquando reperitur, ut pectus ne ad spatium quidem respirationi debitum sine exquisitissimo dolore queat expandi. Est etiam ubi post ingentem inflammationem, et omissam phlebotomiam, quæ nascente morbo fuerat imperanda, mox ad apostema res redit, *pure* in thoracis cavitate subinde depleto; quo in casu, quamvis primaria febris vel omnino cesset, vel minus saltem urget, attamen, invado non est æger, sed *empyemate*, atque *febre hectica* succedentibus, miser *tabe* extinguitur.

Jam vero licet pleuritis propriæ illi atque specificæ sanguinis inflammationi, quæ eam, quando affectus primarius existit, producere solet, originem suam debeat, per accidenes tamen aliis febribus quandoque supervenit, cujuscumque demum generis eæ sint, ex precipitatione scilicet materiæ febrilis in pleuram vel musculos intercostales. Atque illud quidem in ipso fere febris initio accidit, cruda adhuc existente materia febrili, nondumque per idoneam ebullitionem subacta, adeoque nec ad separationem debitam per loca magis conferentia præ-

pectorada, sino que no pocas veces continúa siendo escasa y clara como al principio de la enfermedad la expulsada por la tos, y en tales casos, por consiguiente, no disminuyen la fiebre y los demás síntomas hasta matar al enfermo. El vientre se halla, entre tanto, ora excesivamente estreñido, ora demasiado suelto, siendo frecuentes y muy líquidas las deposiciones. Cuando la pleuresía alcanza un alto grado de intensidad y no se ha practicado ninguna sangría, sucede en ocasiones que el enfermo no puede toser, tiene una extraordinaria disnea, y está á punto de ser sofocado por la violencia de la inflamacion, que existe á veces en tal grado, que no puede adquirir el pecho la dilatacion suficiente para la respiracion sin causar un dolor acerbísimo. Hay tambien casos en que, despues de una violenta inflamacion y de haberse omitido la sangría, que estaba indicada en el principio de la enfermedad, sobreviene la supuracion, llenando el pus en ocasiones la cavidad torácica; en cuyo caso, aunque la fiebre primitiva cese por completo, ó se disminuya mucho al ménos, no por eso el enfermo queda en salvo, sino que, presentándose el empiema y la fiebre héctica, es arrebatado por la tisis.

Ahora bien: aunque la pleuresía deba su origen á la inflamacion peculiar y especial de la sangre, que suele producirla cuando existe como enfermedad primitiva, sobreviene, sin embargo, y accidentalmente, en algunas ocasiones en otras fiebres, de cualquier género que sean, por la precipitation de la materia febril en la pleura ó musculos intercostales. Esto ocurre generalmente en el principio mismo de la fiebre, quando la materia febril está todavía cruda, no ha sido elaborada por una ebullicion adecuada y no está dispues-

parata. Hoc autem incommodi sæpissime, ex intempestivo ac præpostero calidorum medicamentorum usu inferitur, qualia à nobilibus quibusdam feminis exhiberi solent, quarum interim benevolentia, charitasque multo melius in pascendis pauperibus, quam in iisdem medicandis, collocaretur. Atque illæ quidem eo consilio (si tamen ullo utantur) id faciunt, ut in primo statim febris insulto provocetur sudor; parum cogitantes, quam inconsulto atque infeliciter idem tentent. Natura enim hoc pacto turbata, humores adhuc crudos existentes expellere, qua data porta cogitur; atque adeo nunc in cerebri meninges impetu fertur materia febrilis, indeque phrenitis nascitur, nunc ad membranam costas succingentem idem malum appellit, ex quo pleuritis oriri solet, præsertim ubi ægrorum ætas ac temperamentum, annique tempestas inter ver, atque æstatem ambigens, sua etiam symbola ad rem contulerint; certe enim tempestate illa febres in pleuritidem transire proclives sunt.

Pleuritidem autem, ejusmodi quam diximus præcipitationi ortum suum debere, evacuati per venæ sectionem cruoris color subindicare videtur. Nimirum sanguis (saltem ille qui post primam vicem extrahitur) ubi refrigerit, sevi liquati præ se fert speciem ad crassitiam satis conspicuam, ac superficiem habet veri puris æmulam, et tamen ab eo longe diversam utpote quæ fibris instar reliqui sanguinis, arte contextitur, nec ad modum puris defluit, quin à reliquo divulsa discolor illa pars, formam cuti-

ta, por sí tanto, para ser expulsada por las vías más á propósito. Este accidente es determinado muy á menudo por el prematuro é intempestivo uso de medicamentos cálidos, como los que suelen administrar algunas nobles señoras, cuya caridad y benevolencia podría emplearse mucho mejor en dar de comer á los pobres que en entrometerse á medicinarlos. Es verdad que ellas lo hacen con objeto, si es que alguno se proponen, de provocar el sudor en el primer periodo de la fiebre, sin detenerse á averiguar lo imprudente y perjudicial de su intento. Turbada, en efecto, la naturaleza con semejante proceder, se ve obligada á expulsar por cualquiera parte que la es posible los humores que se hallan todavía en estado de crudeza, y de este modo la materia febril se dirige con violencia, ora á las meninges cerebrales, y se produce la frenitis, ora á la membrana que cubre interiormente las costillas, originando la pleuresía, principalmente cuando contribuyen á ello la edad y el temperamento de los enfermos, así como la época del año intermedia de la primavera y del verano, pues ciertamente que en esta época es cuando las fiebres tienen más tendencia á degenerar en pleuresías.

Que la pleuresía debe su origen á la precipitación de que ya hemos hablado, parece demostrarlo el color de la sangre evacuada por la flebotomía. Porque en realidad la sangre (principalmente la que se extrae despues de la vez primera) luégo que se ha enfriado tiene la apariencia de sebo líquido, bastante análogo á la gordura, y su superficie se presenta muy semejante á la del pus, aunque sea de él muy diferente, puesto que, como el resto de la sangre, está formada de fibras entrelazadas, y no es

culæ tenacis et fibris refertæ exhibit; et fortasse nihil aliud est quam fibræ sanguinæ, quæ rubicundo ac naturali suo integumento per præcipitationem exutæ, ambientis aeris frigore in membranam hujusmodi subalbidam concrevere. At vero (ut id obiter attingam) animadvertendum est, quod si sanguis è secta vena non recto flumine versus horizontem præssiliat, sed per cutim repens perpendiculariter dimanet, utut celeri se proripiat gradu sæpe tamen ad dictum colorem non accedit, cujus ego me causam nescire fateor. Neque æger ab istiusmodi sanguinis missione perinde levatur, ac si modo primum descripto fluat. Quinimo cum hoc ipso modo extrahitur sive orifitium angustius, sive quid aliud obstiterit, quo minus pleniori exeat gurgite, neque hic sanguis pleuriticorum sanguinem colore æmuletur, neque æger par exinde commodum capit. Observavi etiam, quod si sanguis recens extractus, quocumque demum modo fluxerit, immiso digito agitetur, superficie rubenti ac florida, ut in aliis morbis quibuslibet, spectabitur.

Utut vero sanguis se habet, morbus hic tametsi infamis, et plerisque aliis suapte natura periculosior, tamen si perite tractetur, facile vincitur; et quidem non minus certo constantur, quam alii medicorum conatus ad homines ab orci faucibus liberandos, morbosque averruncandos, perducere ad exitum felicem solent.

Variis hujusce morbi phœnomenis diligenter perpensis, nihil aliud illum esse arbitror, quam febrim à propria

como el pus muy líquida, sino que, separada la parte decolorada de la restante, presenta el aspecto de una película glutinosa y compuesta de fibras, que no son acaso otra cosa sino fibras sanguíneas despojadas por precipitación de su envoltura roja natural, y que se han convertido en esa membrana blanquecina por el frío del aire ambiente. Empero, y para decirlo de paso, es preciso advertir que si, una vez abierta la vena, no sale la sangre en chorro horizontal, sino que cae perpendicularmente, corriéndose por la piel, aunque salga con celeridad, no presenta generalmente el color predicho; cuya causa confieso que me es desconocida. Cuando la sangre sale de este modo, no alivia tanto tampoco como cuando lo hace de aquella otra manera. Tampoco en este caso tiene el color de la de los pleuríticos, ni produce al enfermo tanta mejoría cuando sale del modo dicho, aunque esto dependa de la estrechez del orificio ó de cualquier obstáculo que se oponga á que el chorro sea bastante grueso. He observado asimismo que si se agita con el dedo la sangre inmediatamente despues de sacada, y cualquiera sea el modo de que haya fluido, su superficie es roja y viva como en otra cualquiera enfermedad.

Mas cualquiera sea el aspecto de la sangre en la pleuresía, esta enfermedad, aunque rebelde y más peligrosa que otras por su naturaleza, se cura, sin embargo, fácilmente siempre que se la trate convenientemente, pudiendo tener un éxito tan seguro y constante los esfuerzos de los médicos por arrancar á los hombres de las garras de la muerte en esta enfermedad como en otras.

Examinados cuidadosamente los diferentes fenómenos de esta enfermedad, me parece no es otra cosa

et peculiari sanguinis inflammatione ortam, qua natura materiam peccantem in pleuram deponit, nonnunquam et in pulmones, unde peripneumonia suboritur, quam à priore, gradu tantum, et pro majore ejusdem causæ intensione extenuque laiori differre autumo.

Hunc itaque in dicto morbo pellen- do mihi scopum propono, ut scilicet sanguinis inflammationem reprimam, et particulas ejusdem accensas, quæ in membranam costas succin- gentem vim fecerunt, et incendio col- labefactarunt omnia, per evacuatio- nes debitas revellam.

Quamobrem in venæ sectione spem ponens maximam, ut primum accer- sor, sanguinem è brachio lateris affecti ad uncias decem aut circiter mittendum curo. Potionem deinde sequentem statim à venæ sectione primum celebrata sumendam præ- scribo.

Recipe.—*Aquæ papaveris rhœadæ, quatuor uncias.*—*Salis prunelle, drachmam unam.*—*Syrupi violarum, unciam unam.*—*Misce; fiat haustus.* Eodem tempore sequentem emulsionem præscrito.

Recipe.—*Amigdalorum dulcium, n. vii.*—*Seminum melonis et peponis, ana unciam semis.*—*Seminum papaveris albae, duas drachmas: contundantur simul in mortario marmoreo sensim affundendo.*—*Aquæ hordei, sesqui libram.*—*Aquæ rosarum, duas drachmas.*—*Sacchari candi, drachmam semis.*—*Misce: fiat emul- sio; capiantur quatuor uncie, quarta quaque hora.* Pectoralia etiam im- però frequenter usurpanda; ex gr.:

Recipe.—*Decocti pectoralis, libras duas.*—*Syrupi violarum, et capillo-*

que una fiebre debida á una inflama- cion propia y particular de la san- gre, por cuyo medio deposita la na- turaleza la materia morbifica en la pleura y á veces en los pulmones, en cuyo caso se desarrolla la perineu- monía, que creo difiere sólo de la an- terior en el grado y por la mayor intensidad y extension de la infla- macion.

Así, pues, el objeto que me pro- pongo en el tratamiento de esta en- fermedad es reprimir la inflamacion de la sangre y reveler por medio de las evacuaciones oportunas sus par- tículas alteradas que se han fijado en la membrana existente debajo de las costillas y han desordenado con su accion todo el organismo.

Puesta, pues, toda mi esperanza en la sangría, inmediatamente que soy llamado para un enfermo, mando sa- carle unas diez onzas de sangre del brazo del lado afecto. Luégo de he- cha la primera sangría, le prescribo la siguiente pocion.

Récipe.—*De aqua de adormide- ras, cuatro onzas; de sal prunela, una dracma; de jarabe de violetas, una onza.*—*Mézclese y hágase po- cion.* Al mismo tiempo dispongo la emulsion siguiente:

Récipe.—*Almendras dulces, siete.*—*Pepitas de melon y calabaza, de cada cosa media onza.* De semilla de adormidera blanca, dos dracmas. Macháquense juntas en un mortero de mármol, añadiendo poco á poco: de agua de cebada, libra y media.—*A gua de rosas, dos dracmas.*—*Azá- car candi, media dracma.*—*Méz- clese y hágase emulsion; tómense cuatro onzas cada cuatro horas.* Or- deno tambien el uso frecuente de los pectorales; por ejemplo:

Récipe.—*De cocimiento pectoral, dos libras.*—*De jarabe de violetas y*

rum veneris, ana, sesqui unciam.— Misce; fiat apozema, capiatur libra semis ter in die.

Recipe.— Olei amigdalorum dulcium, duas uncias.—Syrupi violarum et capillorum veneris, ana, unciam.—Sacchari candi, drachmam semis.—Misce; fiat secundum artem eclegma, de quo lambatur sæpius in die.—Oleum etiam amigdalorum dulcium, per se, vel oleum seminum lini recenter extractum magno sæpe cum fructu assumuntur.

Diætam quod spectat, carnibus omnino interdicto, atque insuper earundem decocto quamlibet limpidissimo. Consulo ut jusculis vescatur hordeaceis, avenaceis, et panatella, et pro potu utatur ptisana ex decocto hordei cum radicibus acetosæ, liquoritii, etc., ac nonnunquam cærevisia lupulata tenui.

Porro, sequens unguentum præscribo: Olei amigdalorum dulcium, duas uncias.—Unguenti pomati et dialtheæ, ana, unciam.—Misce; fiat linimentum, quo inungatur latus affectum mane et sero, superimponendo folium brassicæ. Jubeo item ut in dictorum remediorum usu persistat per omnem morbi decursum.

Eodem ipso die, quo primum accersor, si dolor vehementer urgeat, sanguinis eandem quantitatem rursus detrahi præcipio, vel nihilominus die sequenti, ut etiam tertio die; atque hoc modo ad quartam usque vicem, continuis quatuor diebus (nisi prius æger convaluerit) venæ sectionem repeto, ubi scilicet dolor atque alia symptomata admodum sæviunt. At vero, si vel morbus remissior et minoris periculi, patiatur, ut lentiori pede progrediar, vel etiam dejectæ ægri vires non facile ferant

culantrillo, de cada cosa, onza y media.—Mézclese y hágase apozema; tómesese media libra tres veces al dia.

Rècipe.— De aceite de almendras dulces, dos onzas.—De jarabe de violeta y culantrillo, una onza.—Azúcar cande, media dracma.—Mézclese y hágase segun arte lamedor, del cual lamirá el enfermo muchas veces al dia. Se administra tambien con gran fruto el aceite de almendras dulces solo y el de simiente de lino recientemente extraido.

Por lo que hace á la dieta, prohibo de todó punto las carnes y los caldos de éstas, aunque sean claros. Aconsejo los caldos de cebada y de avena y las panatelas, y por bebida usual la tisana de cocimiento de cebada con raíces de acedera, regaliz, etc., y algunas veces cerveza lupulada, clara y ligera.

Tambien prescribo el siguiente linimento: *Rècipe.—* De aceite de almendras dulces, dos onzas.—Ungüento de manzana y de altea, de cada cosa, una onza.—Mézclese. Hágase linimento, con el que se fricciónará el lado afecto por mañana y tarde, poniendo encima una hoja de col. Mando además continuar el uso de estos remedios durante toda la enfermedad.

Si el dolor es muy intenso, mando sacar por segunda vez, en el primer dia en que soy llamado, igual cantidad de sangre, y lo mismo en el segundo y tercero; y de esta manera repito la sangría hasta cuatro veces en cuatro dias seguidos (á no ser que el enfermo convaleciere ántes) siempre que el dolor y los demás síntomas sean muy violentos. Mas si la enfermedad ménos intensa y peligrosa permite caminar más despacio; ó, debilitadas las fuerzas del enfermo, no pueden sufrir la sangría reite-

venæ sectionem post tam brevia intervalla repetitam; phlæbotomiam jam bis celebratam non deinceps repeto, nisi interjecto die uno aut altero inter singulas vices. Qua quidem in re normam mihi statuo contraindicantia; hinc nempe morbi violentiam, inde vero inminutas frâctasque ægri vires ad invicem trutinatas. Et quamquam in curandis morbis integrum mihi esse volo, ut plus minusve sanguinis pro rei ratione demendum præcipiam, raro tamen observavi pleuresin confirmatam in adultis minori quam 40 circiter untiarum sanguinis impensa sanatam; licet in pueris semel tantum aut bis secuisse venam ut plurimum suffecerit. Neque quæ nonnunquam supervenit, diarrhœa, repetendis jam dictis venæ sectionibus obicem ponit, quæ quidem ipsa hac methodo brevi sistetur, etiam non adhibitis medicamentis restringentibus.

Enemata vel insolidum omitto, vel maxima, qua fieri potest, inter repetitas venæ sectiones intercapedine curo injicienda, eaque non nisi simplicissima illa è saccharo in lacte soluto.

Durante morbo id ago, ne æger nimis exæstuet, ac proinde liberum illi facio, ut lecto quotidie eximatur, idque ad horas aliquot, prout vires suasserint; quod quidem tanti est in hoc morbi genere, ut si æger lecto jugiter affigatur, neque hæc tam larga sanguinis evacuatio, neque remedia alia utcumque refrigerantia, ad dicta symptomata perdomanda vel minimum aliquando proficiant.

Mox ab ultima venæ sectione, nisi forte prius id contingat, symptomata

rada con tan breves intervalos, no vuelvo á repetirla despues de hecha dos veces sino dejando uno ó dos dias intermedios entre cada una. En este punto regulo mi conducta por los contra-indicantes, cotejando entre sí por un lado la violencia de la enfermedad y por otro la disminucion y quebrantamiento de las fuerzas del enfermo. Y aun quando en la práctica obro libremente mandando sacar más ó ménos sangre segun las exigencias del caso, rara vez he visto, sin embargo, una pleuresia confirmada en adultos que haya podido curarse con una evacuacion de sangre menor de cuarenta onzas, aunque en los niños baste por lo general con sólo una ó dos sangrías. La diarrea que en ocasiones sobreviene no es tampoco un obstáculo para la repetición de las dichas sangrías, ántes bien se detiene tambien con este mismo método, aun sin emplear ningun medicamento astringente.

En cuánto á las lavativas, ó las omito por completo, ó tengo cuidado de que se inyecten en los intervalos de las sangrías á la mayor distancia posible de ellas, y en este caso sólo las empleo muy sencillas, compuestas de una disolucion de azúcar en leche.

Durante la enfermedad hago de manera que el enfermo no se acalore demasiado, y por tanto le deixo en completa libertad para que se levante diariamente y por todo el tiempo que lo permitan sus fuerzas. Es esto, en verdad, de tanta importancia en esta enfermedad, que si el enfermo permanece continuamente en la cama, ni la sangría abundante y repetida ni todos los demás remedios, por refrigerantes que sean, aprovechan en ocasiones lo más mínimo para moderar los síntomas enumerados.

Despues de la última sangría, y aun acaso ántes de este tiempo, todos

omnia mitescent, et æger (qui per aliquot adhuc dies et à liquoribus spirituosus quibuscumque, et à crassioribus cibus arcendus est) pristinas vires non ita diu post resumet; quo quidem tempore non abs re erit, ut alvus tenuiori aliquo cathartico sollicitetur.

Jam vero si quem moveat, quod huic viæ insistentes, expectorationem vix quidem attingamus, nedum quibus illa rationibus per varia morbi tempora sit promovenda, operosius disseramus; sciat ille næc non per incuriam nobis excidisse, sed dedita opera dinque satis cogitata, neglecta tandem fuisse et preterita; cum semper existimaverim in summo discrimine versari illos, qui morbum hunc expectorationi eliminandum committerent. Nam ut tædium hujus methodi, qua natura materiæ morbificæ ejiciendæ satagit, omittamus, nimium periculosæ insuper res est aleæ; cum non raro eveniat, parte aliqua materiæ jam concocta, forte etiam per anacatharsim rejecta, reliquam adhuc crudam manere, idque successive, præstantissimis quibusque remediis maturantibus expectorantibusque incassum usurpatis, cum expectoratio nunc quidem satis auspicate procedat, nunc penitus supprimatur; ægro interim usquepericlitante, atque pro meo in expectorationem imperio (quod sane nullum prorsus est) sive vivis, sive etiam mortuis adjudicando. Cum è diverso, mediante venæ sectione, morbifica materia penes meum sit arbitrium, et orificium à phlebotomo incisum tracheæ vices subire cogatur. Quinimo constanter assero, huncce morbum, qui, si justa præcepta à nobis damnata tractetur, inter patentissimas orci januas merito recenseatur, æque certo ac tuto methodo jam à me præscripta (ut de brevis-

los síntomas remiten, y el enfermo, á quien se debe prohibir aún por algunos dias todo licor espirituoso y todo alimento sólido, no tarda en recuperar sus primitivas fuerzas, en cuya época no estará demás el excitar su vientre con algun ligero purgante.

Si ahora, empero, chocha á alguno que, insistiendo en este modo de obrar, apenas atendemos á la expectoracion, y ni aún nos tomamos el trabajo de investigar la manera de promoverla en las várias épocas de la enfermedad, sepa que no se han dejado de tratar estas cuestiones por incuria nuestra, sino que de propósito, y con intencion bien meditada, las hemos despreciado y pasado en silencio; pues siempre he creido que es sumamente peligroso para los enfermos el fiar á la expectoracion la curacion de esta enfermedad. Prescindiendo, en efecto, de lo pesado de este método, por el que la naturaleza tiende á expulsar la materia morbífica, el peligro que se corre es además muy grande, pues sucede con frecuencia que, cocida una parte de la materia, y aún arrojada por expectoracion, queda la restante todavía cruda, repitiéndose esto alternativamente, á pesar de poner en uso cuantos remedios se consideran como preciosos madurativos y expectorantes, como quiera que en unas ocasiones se efectúa la expectoracion con bastante facilidad, y en otras se suprime por completo, hallándose entre tanto el enfermo en un gran peligro, y ora mejora, ora se pone á punto de morir, segun el poder del médico sobre la expectoracion, que es en verdad completamente nulo. Mediante la sangría, por el contrario, la materia morbífica está más á nuestro alcance, y el orificio abierto por la lanceta hace las veces de la traqueartéria. Todavía me atrevo á asegurar

simo quo jam profligatus tempore nihil jam dicam) ac alium quemlibet morbum debellari. Nec dum mihi innotuit vel minimum damni à tam larga sanguinis (ut imperitis videri potest) detractioe cuiquam fuisse illatum.

Sæpe quidem aggressus sum in tractando hoc affectu therapie rationem aliquam stabilire, quæ citra ingentem hanc sanguinis jacturam subsisteret, nempe vel humorem resolvendo, vel expectorationis promotione illum evacuando; sed nondum ea sors mihi contigit, ut huic ipsi, supra memoratæ praxi, parem aliquam reperire potuerim, cujus beneficio (non obstante tristi illa apud Hippocratem de pleuritide sicca, prognosi) ægrum etiam non moratus expectorationem ab insultu morbi vindico; per ipsum sectæ venæ orificium et pleuritidi fugam parans, et sanitati reditum.

Quando quidem vero hujus morbi curatio in repetita venæ sectione fere tota stat, quæ tamen ab imperitis chirurgis, et nescio quibus medicis in locis ab oppidis populosis longe dissitis celebrata, miseris à punctura, tendinum in artus amittendi, atque adeo in vitæ magnum discrimen sæpissime conjicit, non è re fore duxi, rationem huic malo succurrendi, si forte fortuna impingatur, hic subnectere. Qui vero punctura ejusmodi plectuntur, dolorem non statim sentiunt, sed duodecim horis post phlebotomiam se eodem affici conqueruntur, non tam

que esta enfermedad, que tratada segun los principios que acabamos de condenar, es justamente tenuta por una de las más frecuentes causas de muerte, se cura tan seguraménte y tan bien como otra cualquiera con el método indicado, y esto sin hacer mención del brevisimo tiempo en que esto se consigue. Y ni tengo noticia alguna de que tan copiosa emisión de sangre haya ocasionado nunca el más pequeño perjuicio, como podria parecer á los no peritos.

Muchas veces, por cierto, al tratar esta enfermedad, he intentado proponerme un objeto asequible sin necesidad de ocasionar esta considerable pérdida de sangre, ya resolviendo los humores, ya evacuándolos por la expectoracion; pero aún no me ha cabido la suerte de poder encontrar otra práctica igual á la ya indicada, á beneficio de la cual, y no obstante el triste pronóstico de Hipócrates sobre la pleuresía seca, salvo al enfermo sin esperar á la expectoracion, y empleándola desde la invasion de la enfermedad, consiguiendo á un tiempo mismo con la sangría favorecer la terminacion de la enfermedad y la vuelta de la salud.

Consistiendo, pues, casi por completo todo el tratamiento de esta enfermedad en la repeticion de la sangría, que practicada por cirujanos imperitos y por ignorantes medicos en los lugares muy apartados de las ciudades populosas, expone muy á menudo á los enfermos á perder el miembro por la puntura de los tendones, y muchas veces á grave peligro de la vida, he pensado que no sería, por tanto, inoportuno añadir aquí el modo de acudir á este accidente, cuando ocurre por casualidad. Los heridos de semejante puntura no sienten en el momento el do-

in orificio nuper facto, quam in partibus ad axillam tendentibus, ubi tandem dolor se figit, et tunc maxime percipitur, cum brachium extenditur; attamen læsa pars tumore admodum insigni non afficitur, eodem avellanæ magnitudinem vix superanti, sed ex orificio humor aqueus vel ichor quidam jugiter destillat, quod quidem præcipuum puncturæ tendinis diagnosticum est habendum. Ita curatur, ut et propriis oculis ipse observavi.

Recipe.—*Radicum liliorum alborum quatuor uncias; coque ad ténitudinem in lactis vaccini libras duas*—Deinde.—*Recipe.*—*Farinæ lini et avenæ ana, uncias tres.*—*Cquantur farinæ ad cataplasmatís consistentiam in s. q. lactis à radicibus prædictis collati, et radicibus confusis misceantur; fiat cataplasma, parti affectæ calide applicandum mane et vesperi.*

CAPUT IV.

Peripneumonia notha.

Hyeme ingruente, at sæpius sub ejusdem exitum, vereque adhuc nascente, quotannis emergit febris symptomatibus peripneumoniceis haud paucis conspicua. Paulo habitiores ac crassos ea præ cæteris aggreditur; virilem ætatem vel assecutos, vel etiam (quod sæpius accidit) prægressos, liquoribus spirituosiss (vini maxime spiritui) plus æquo addictos. Cum enim in hujusmodi hominibus sanguis humoribus pituitosis, brumæ tempore congestis, fuerit oneratus,

lor, pero doce horas despues de la sangría se quejan de ser molestados por ella, no tanto en el orificio poco há hecho, como hácia la axila, donde al fin se fija el dolor, que se percibe principalmente cuando se extiende el brazo; no obstante, la parte lesionada no presenta un tumor voluminoso, pues apenas si supera al volumen de una avellana; pero fluye continuamente del orificio un humor acuoso ó icoroso que debe considerarse como el principal signo diagnóstico de la picadura del tendón. Cúrase del modo siguiente, segun he podido observar por mí mismo.

Récipe.—*De raíces de lirios blancos, cuatro onzas.*—*Cuézanse hasta que se hayan reblanecido en leche de vacas, dos libras.* Despues. *Récipe.*—*De harina de lino y avena, de cada cosa, tres onzas.*—*Cuézanse las harinas hasta la consistencia de cataplasma en suficiente cantidad de leche colada de las raíces anteriores, y mézclense con las raíces machacadas. Hágase cataplasma para aplicarla caliente mañana y noche á la parte afecta.*

CAPÍTULO IV.

Peripneumonia notha.

A la entrada del invierno, y más á menudo hácia su terminacion, y aún en el principio de la primavera, se presenta todos los años una fiebre acompañada de no pocos síntomas de peripneumonia. Ataca con preferencia á los fornidos y gruesos, á los que se hallan en la edad viril, ó bien, y es más frecuente, á los que han pasado de ella y son muy aficionados á los licorés espirituosos, principalmente al aguardiente. Cargada, en efecto, la sangre de tales individuos de los

atque idem ab ineunte vere in novum motum cieatur, tuis hanc nata occasionem, mox subingreditur, qua ministra dicti humores pituitosi in pulmones irruunt; quo tempore si forte æger nullo vivens consilio, liquores ejusmodi spirituosos adhuc liberalius hauriat, crassescente jam fere quæ tussim excitabat materia et ab ea præcluduntur pulmonum aditus, et febris omnem sanguinis massam depascitur. Primo febris insultu nunc incalescit æger nunc friget: vertiginosus est, de capitis dolore queritur lancinante, quoties tussis importunius fatigat. Potulenta omnia vomitu rejicit, nunc sine tussi, nunc illa vexatus. Urina turbida cernitur et rubens intense. Sanguis detractus pleuriticorum sanguinem refert, anhelus sæpenumero spiritum crebro ac celeriter ducit. Si moneatur ut tussim provocet, haud aliter dolet caput, ac si in partes mox dissiliret (qua loquendi formula ægri ut plurimum utuntur). Dolet et thorax omnis, vel saltem pulmonum coarctatio adstantium auribus percipitur, quoties tussit æger, pulmone non se satis dilatante, præclusis adeo ab intumescencia, ut videtur, meatibus vitalibus; unde intercepta circulatione, sanguineque quasi præfocato, nullâ fere, præsertim in habitioribus, febris inditia sunt; licet hoc accidere etiam possit ob materiæ pituitosæ copiam, qua horum sanguis gravatus in plenam ebullitionem nequit asurgere.

In curanda hac febre id mihi negotii dari sentio ut sanguinem istum, qui ad pulmonum et suffocationem et in-

humores pituitosos acumulados durante el invierno, y excitada á un nuevo movimiento en el principio de la primavera, sobreviene inmediatamente y con esta ocasion, una tos, mediante la cual se agolpan los mencionados humores pituitosos en los pulmones. Si al propio tiempo, no guardando el individuo ninguna precaucion, sigue bebiendo con exceso los dichos licores espirituosos, espesada la materia que excitaba la tos, obstruye los conductos de los pulmones y se declara la fiebre. En el principio de la fiebre el enfermo siente, ora calor, ora frio; tiene vértigos y se queja de un dolor lancinante de cabeza, siempre que le molesta la tos con insistencia. Todo cuanto bebe lo arroja por vómito, ya sin tos, ya á consecuencia de ella. La orina es turbia y de un rojo intenso. La sangre extraida se parece á la de los pleuríticos, y falto de aliento el enfermo, respira con frecuencia y rapidez. Si se le manda que provoque la tos, le duele la cabeza como si se le saltára en pedazos (expresion de que por lo comun se valen los enfermos). Duele todo el pecho siempre que tose el enfermo, ó al ménos acompaña á la tos cierto ruido perceptible por los que le rodean, dependiente, al parecer, de la insuficiente dilatacion pulmonal, por hallarse cerrados los conductillos vitales por la tumefaccion; á consecuencia de esto, interceptada la circulacion y como oprimida la sangre, no se presentan apenas indicios de fiebre, especialmente en los individuos robustos; aunque esto puede tambien depender de la materia pituitosa que, sobrecargando la sangre de los tales, impide el desarrollo de la ebullicion.

En la curacion de esta fiebre, creo que mi encargo consiste en reveler por la flebotomía la sangre que produ-

celandum facit, phlebotomia revellam; ipsos pulmones remediis pectoralibus deobstruam atque eventilem; et diætæ refrigerantis ope, totius corporis calorem compescam. Cum vero hinc materiæ pituitosæ saburra in venis contenta, pulmonum inflammationi fomitem quotidie subministrans, venæ sectionem sæpe repetitam videretur indicare; illinc vero observatio, quam facere potui diligentissima, me doceret phlebotomiam sæpe repetitam febricitantium iis qui crassiore essent corporis habitu (presertim ætatis florem prætergressis) pessime cessisse, atque adeo ab ejusmodi repetitione haud minus absterreret; catharsim ego crebriorem venæ sectioni succenturiabam, quæ, ei satis recte substituitur in illis, qui à largiori et iterata sæpius phlebotomia abhorrent.

Ad hunc itaque modum processit; sanguinem à brachio in lecto jacentis extrahendum præcepi, nec passus sum ut ex eo surgeret ad duas tresve horas; cum omnis sanguinis edductio quæ universam corporis compagem labefactat quadantenus concutitque, hoc pacto facilius toleretur; ita ut mitius cum ægro agatur, cum in lecto cubanti uncix decem fuerint detracte, quam si sex septemve, tantum amiserit postquam è cubili surrexerit: die sequenti potionem sequentem mane sumendam propono:

Recipe.— *Cassie extracti, unciam.*— *Glicirrhizæ, duas drachmas.*— *Ficus pingues, n. iv.*— *Foliorum sennæ, drachmas duas et semis.*— *Agarici trochiscati, drachmam.*— *Coq. sufficiente quantitate aque.*— *Colaturæ, unciis quatuor, dissolve manne, unciam.*— *Syrupi rosarum*

ce la sofocacion y la inflamacion de los pulmones; en desobstruir y desingurgitar los mismos pulmones con remedios pectorales, y en mitigar con una dieta refrigerante el calor de todo el cuerpo. Mas si por una parte el acumulo de materia pituitosa contenida en las venas, y que suministra constantemente materiales á la inflamacion de los pulmones, parece indicar la múltiple repeticion de la sangría, la observacion esmerada me ha enseñado por otra que la flebotomía muchas veces repetida en aquellos febricitantes, de complexion robusta (principalmente en los entrados en la vejez), es de pésimos resultados, y me ha inducido por tanto á prescindir de semejante repeticion, empleando en lugar de la sangría frecuentes purgantes, que la sustituyen perfectamente en aquellos que tienen repugnancia á la sangría repetida y abundante.

Así, pues, acostumbro á obrar de la siguiente manera: mando extraer sangre del brazo estando el enfermo en la cama, y no le permito levantarse en dos ó tres horas; pues toda emision de sangre que debilita la totalidad de la constitucion física y hasta cierto punto la conmueve, se tolera más fácilmente de este modo, hasta el punto de que se debilita ménos el enfermo sacándole diez onzas de sangre acostado, que si se le sacáran seis ó siete despues de haberse levantado de la cama: al dia siguiente le mando tomar por la mañana la pocion siguiente:

Rècipe.— *De extracto de cassia, una onza.*— *De regaliz, dos drachmas.*— *Higos gordos, cuatro.*— *De hojas de sen, dos drachmas y media.*— *De agarico en trociscos, una dracma.*— *Cuézase en suficiente cantidad de agua y en cuatro onzas coladas, disuéltrase.*— *De maná, una onza.*— *De*

solutivi, drachmam semis.—Miscere: fiat potio.

Postridie sanguinem secunda vice mittere soleo, atque interjecto die uno potionem catarticam modo præscriptam iterum exhibeo, diebus alternis jugiter repetendam, donec omnino convaluerit æger. Diebus à purgatione vacuis, decocto pectorali, oleo amigdalorum dulcium ac id genus aliis, ut utatur consulo.

A carnibus et earum jusculo, maxime vero à liquoribus spirituosis quibuscumque, ægrum interim inhi-beo; quorum loco ptisanam ex hordeo et liquiritia (cerevisiam item tenuem si eam efflagitet) pro potu ordinario concedo.

Atque ista quidem methodo vincenda est peripneumonia hæc notha, orta ob exundanti colluvie pituitosa in sanguine aggesta ob hyemis analogiam, et in pulmones explosa; in qua non tantum iterata venæ sectio, sed et catharsis etiam indicabatur, secus atque in *vera peripneumonia*: quam ego ejusdem plane indolis cum pleuritide esse arbitror, atque ab illa in eo tantum differre, quod peripneumonia pulmones universaliter afficiat. Quin et utriusque morbo pari omnino methodo medemur, venæ sectione scilicet præ cæteris, et medicamentis refrigerantibus.

Notha hæc peripneumonia, licet ad astma siccum aliquantulum accedat, tum quoad spirandi difficultatem, tum etiam alia quædam symptomata, ab illo tamen satis dignoscitur, cum in ista manifesta febris atque inflammationis signa se prodant, quæ in hoc nusquam comparent; quamlibet in hac specie minora sint longe ac

jarabe de rosas soluble, media drachma.—Mézclase y hágase pocion.

Al día siguiente suelo sangrar por segunda vez, y pasado un día, administro de nuevo la pocion catártica, ya prescrita, repitiéndola continuamente en dias alternos; hasta que el enfermo haya convallecido por completo. En los dias intermedios de la purga aconsejo el uso del cocimiento pectoral, del aceite de almendras dulces, y otros medios semejantes.

Entre tanto prohibo al enfermo las carnes y sus caldos, y muy especialmente el uso de licores espirituosos, cualesquiera que sean; concediendo en su lugar para bebida ordinaria una tisana de cebada y regaliz, ó tambien una cerveza ligera, si se pide con insistencia.

Tal es el método con que debe tratarse la perineumonía notha originada del acumulo en la sangre por el frio del invierno de una excesiva cantidad de humores pituitosos que se ha depositado en los pulmones, y en cuya enfermedad, no sólo se halla indicada la sangría repetida, sino tambien los purgantes, al contrario que en la verdadera perineumonía, que la creo completamente de la misma índole que la pleuresía, diferenciándose de ella solamente en que afecta más generalmente á los pulmones. Así en una y otra de ambas enfermedades empleo enteramente el mismo método; la sangría sobre todo y los medicamentos refrigerantes.

Esta perineumonía notha, áun cuando se parece algun tanto al asma seco, ya por la dificultad de respirar, ya tambien por algunos otros síntomas, se diferencia, sin embargo, bastante de él, porque en la perineumonía se presentan signos manifestos de fiebre y de inflamacion, que nunca se hallan en el asma, aunque son en

obscuriora illis, quibus insignitur vera peripneumonia.

Diligenter autem animadvertendum, quod ubi vini spiritui aut aliis id genus liquoribus, cum hoc morbo conflictantes se olim addixerint, minime tutum erit eos statim ac derepente ab iis depellere; sed sensim id agendum quo minus hydropi tam repentina mutatio ac abrupta viam sternat. Quod etiam in morbis quibuscumque ab hac oriundis occasione, observari debet. Cum vero de *spiritu vini* mentio fuerit facta, hic obiter dicam. Optandum sane esset, quod aut idem omnino exulet, aut saltem spiritibus rescificendis, non vero iisdem extinguendis usurpetur: nisi quis internum ejus usum prorsus abdicandum maluerit, proindeque à chirurgis solum ad *ulcera digerenda* fortibus immiscendum, aut *ambustis* extus admoventum: quo postremo casu omnibus remediis, quotquot adhuc inventa fuere, hic liquor facile palmam præripit, cum cutem subjacentem ab omni putrefactione tueatur ac vendicet, atque eo nomine curationem, quam cito absolvat, *digestionem*, quæ non nisi admodum tarde sua tempora percurrit etiam non moratus: nempe si lintea spiritu vini imbuta partibus ab aqua ferventi, pulvere pirio, vel simili læsis, quam primum hoc infligitur malum, applicentur, eademque spiritu dicto madefacta subinde repetantur, donec dolor ab igne penitus evanuerit, et postea solum bis in die.

esta especie de pulmonía mucho menores y más oscuros que en la verdadera.

Es de advertir cuidadosamente que cuando los enfermos tienen el hábito de beber aguardiente ú otros líquidos de este género, no carece de peligro el prohibírselos por completo y repentinamente, sino que debe hacerse poco á poco, para evitar que un cambio tan brusco y repentino favorezca la presentacion de la hidropesía. Esto mismo debe observarse tambien en todas las enfermedades debidas á tal causa. Y ya que se ha hecho mencion del aguardiente, diré de paso algo acerca de él. Sería muy de desear, ó que se le desechára por completo, ó al ménos se le empleára solamente para restaurar las fuerzas, no para extinguirlas, y áun fuera mucho mejor prescindir por completo de su uso inferno, reservándosele sólo á los cirujanos para mezclarle con los fomentos digestivos de las úlceras, ó para aplicarle en las quemaduras, para cuyo último caso este líquido aventaja mucho á todos los medios hasta ahora inventados, puesto que preserva y resguarda la piel de toda putrefaccion, y por esta razon realiza lo más pronto posible la curacion sin dejar tiempo á que sobrevenga la supuracion, que se hace muy lentamente. Esto se consigue aplicando trapos impregnados en aguardiente á las partes lesionadas por el agua hirviendo, la pólvora ú otros agentes parecidos, inmediatamente despues de ocurrido el accidente, y repitiendo con frecuencia estas aplicaciones hasta que el dolor producido por la quemadura se haya disipado por completo, despues de lo cual sólo se harán dos veces al dia.

CAPUT V.

Rheumatismus.

Nullon tempore incessit hic morbus, maxime autumnis, et præ cæteris annis florentes. Hac ut plurimum occasione nascitur: æger scilicet sive exercitio aliquo vehementiori, sive alio modo excalearctus, mox repentinum frigus admisit. A rigore atque horrore orditur tragœdiam, quos statim excipiunt calor, inquietudo, sitis, et reliqua illa infelix symptomatum caterva, quibus stipantur febres. Elapso die uno alterove (est et ubi citius), æger atroci dolore, nunc in hoc, nunc in illo artu infestatur, in carpis, humeris, genibus præsertim, qui locum subinde mutans, vicissim illos occupat, rubore quodam et tumore in parte quam postremum affectit adhuc residuis. Primis aliquot diebus febris et symptomata jam memorata quandoque coincidunt; febris autem sensim evanescit, manente dolore, quin et nonnunquam immanius sæviens, materia scilicet febrili in artus translata; quod satis arguit febris ipsa sæpius recrudescens ob materiam morbificam ab intempestivo externorum usu repercussam. Morbus hic quoties à febre sejungitur, arthritis sæpe audit, quamvis essentialiter ab illa distinguatur, prout cuiusvis facile constabit, cui uterque morbus intimius fuerit perspectus: unde forsitan petenda est ratio, cur tam sicco illum pede transiverint scriptores medici; nisi forte arbitremur, hanc morbi speciem ad reliquam maiorum iliadam de novo accessisse. Utut se res habeat, jam plus satis grassatur hic morbus; et licet rarissime hominem à medio tollat, febre semel depulsa, tamen et vehementia doloris et diurnitas eum prorsus

CAPITULO V.

Reumatismo.

Preséntase esta enfermedad en todo tiempo, pero principalmente en el otoño y de preferencia en los individuos jóvenes y que se hallan en la flor de su edad. La enfermedad se desarrolla por lo general cuando, acalorado el organismo por un ejercicio muy activo, ó de cualquiera otro modo, recibe inmediatamente la impresion de un frio súbito. Principia con escalofrío y horripilacion, á que sigue bien pronto calor, inquietud, sed, y todo aquel funesto conjunto de síntomas que acompañan á la fiebre. Pasados uno ó dos dias, y á veces antes, el enfermo es acometido de un intenso dolor, ya en una, ya en otra articulacion, en las muñecas, hombros, y sobre todo en las rodillas, que cambiando á menudo de lugar, va atacándolas sucesivamente, dejando cierta rubicundez y tumefaccion en la parte últimamente afectada. En los primeros dias coexisten alguna vez la fiebre y los síntomas ya mencionados; la fiebre, empero, se desvanece paulatinamente, quedando perenne el dolor, que en ocasiones se exaspera aún más violentamente por la traslacion de la materia febril á las articulaciones; cosa que demuestra bastantemente la frecuente reaparicion de la fiebre cuando el uso intempestivo de remedios externos determina la repercusion de la materia morbífica. Cuando esta enfermedad no va acompañada de fiebre, recibe á menudo el nombre de gota, aunque se distingue esencialmente de ella, como saben perfectamente todos los que conocen á fondo una y otra enfermedad. Acaso sea ésta la razon de por qué los escritores médicos han tratado del reu-

contemni non sinunt. Etenim si minus perite tractetur, non ad menses tantum, sed ad annos etiam aliquot, imo per omnem adeo vitam miserum haud infrequenter diseruciat; quamvis in hoc casu, non eodem semper vigore, sed paroxysmis quibusdam periodice repetitis, ad instar arthritidis, subinde lacescit; imo vero potest fieri ut ubi diu multumque vexaverint dicti dolores, tandem sponte desistant, atque interim æger omni membrorum motu ad mortem usque privetur, digitorum articulis quam inversis et protuberantibus, ut in arthritide nodosis in interna magis quam externa digitorum parte se prodentibus; stomacho nihilominus valeat et cætera sanus vitam tolleret.

- Est et alia hujus morbi species, licet non hujus esse prosapiæ vulgo credatur, quæ *lumbago rheumatica* aptissime dicitur; inmanis dolor, scilicet idemque fixus circa lumborum regionem, ipsumque aliquando ad os sacrum se demittens, *paroxysmum nephriticum* mentitur, nisi quod æger non vomitur; nam præter dolorem atrocissimum, et vix ferendum circa ipsos renes, aliquando et uréteres per omnem eorum ductum ad vesicam usque, eodem licet mitiori, tentatur. Qui et mihi olim in-

matismo tan á la ligera; ó quizá tambien es esta una nueva especie de enfermedad añadida recientemente á las restantes dolencias. Mas sea de esto lo que quiera, esta enfermedad acomete ya al presente con bastante frecuencia; y aunque una vez quitada la fiebre es raro que mate al enfermo, sin embargo, la vehemencia del dolor y su larga duracion no permiten desatenderla por completo. Y en efecto: cuando el reumatismo es inconvenientemente tratado, persiste no raras veces, no sólo meses, sino años y aún toda la vida, si bien en este caso no se presenta siempre con la misma intensidad, sino que aparece por paroxismos periódicamente repetidos, á la manera que lo hace la gota. Puede suceder tambien que, despues de haber atormentado por mucho tiempo y con violencia dichos dolores, cesen al fin espontáneamente quedando imposibilitado el enfermo para todo movimiento de sus miembros y por toda su vida, con las articulaciones de los dedos invertidas y con nudosidades más pronunciadas, como en la gota, en la cara interna que en la externa de los dedos mismos, funcionando, sin embargo, con regularidad el estómago entre tanto, y hallándose bien, por lo demás, el enfermo.

Hay además otra especie de reumatismo, aunque generalmente no se le crea de la misma índole, y que suele llamarse propiamente *lumbago reumático*. Consiste en un violento dolor, fijo en la region lumbar, que se extiende á veces hasta el mismo hueso sacro, simulando un paroxismo nefrítico, fuera de que el enfermo no vomita; pues además del acerbísimo dolor apenas tolerable alrededor de los mismos riñones, se propaga algunas veces, aunque con ménos intensidad, por todo lo largo del con-

posuit, tamquam à materia aliqua fabulosa in iis partibus hærente penderet; cum revera materiæ rheumatici peccanti et inflammatæ ortum suum debeat, quæ quidem partes illas jam solas urit, intacto reliquo corpore. Inmanis hic dolor, nisi abigatur eodem modo, quo prior species, pariter etiam perdurat, pari sævitia excrucians; adeo ut miser nequeat procumbere, sed vel lecto exiliat, vel super eodem erectus sedeat, corpore interim perpetua agitatione nunc versus anteriora, nunc posteriora inclinatio reductoque.

Cum utraq; hæc morbi species ab inflammatione videatur oriri, quod tum jam dicta arguunt phænomena, tum præsertim sanguinis venæ sectione educti color, utpote qui pleuriticorum sanguini tam est similis, quam ovum ovo, neque quisquam reperitur, qui hos inflammatione laborare vel quidem dubitaverit; his, inquam, ita se habentibus, censeo ego, curationem non aliunde quam à phlebotomia debere sumi, sanguine interim temperato, ejusque nimio fervore represso, tum medicamentis refrigerantibus atque incrassantibus, tum etiam conveniente regimine.

Ac proinde ut primum accersor, statim sanguinis decem uncias è brachio lateris affecti mitti jubeo et julapium refrigerans incrassansque ad hanc fere normam præscribo.—*Recipe*.—*Aque nimpheæ, portulacæ et lactucæ, ana, quatuor uncias.*—*Syrupi limonibus, untiã unã et semis.*—*Syrupi violarum, untiã;*—*Misce; fiat julapium, de quo bibatur ad libitum: vel etiam emulsionem in curatione morbi lateralis jam descriptam. Ad*

ducto de los uréteres hasta la vejiga. Yo mismo estuve engañado en otro tiempo creyéndole dependiente de una materia calculosa existente en estos órganos, cuando en realidad debe su origen á la materia pecante inflamada del reumatismo, que, abandonando lo restante del cuerpo, irrita solamente aquellas partes. Este cruel dolor, á no ser combatido del propio modo que la primera especie, dura tambien lo mismo, y atormenta con igual violencia, hasta el punto de que el desgraciado enfermo no puede acostarse, sino que se ve obligado á estarse levantado ó sentado en la cama, y esto agitándose continuamente, é inclinándose, ora hácia adelante, ora hácia atrás.

Como una y otra especie de enfermedad parecen ser debidas á una inflamacion, segun lo demuestran, tanto los fenómenos predichos cuanto, y principalmente, el color de la sangre extraida por la flebotomía, de color enteramente igual á la de los pleuríticos en quienes nadie duda de la existencia de una enfermedad inflamatoria; siendo esto así, digo que, en mi juicio, no debe tratarse el reumatismo de otra manera que por la sangría, atemperando al propio tiempo la sangre y reprimiendo su demasiada efervescencia, ora con remedios refrigerantes é incrassantes, ora tambien con un régimen conveniente.

Inmediatamente, pues, que soy llamado para un enfermo, mando sacar del brazo del lado afecto diez onzas de sangre y prescribo un julepe refrigerante é incrassante por el estilo del siguiente. *Rècipe*.—*De agua de ninfea, verdolaga y lechuga, de cada cosa, quatro onzas.*—*De jarabe de limon, onza y media.*—*De jarabe de violetas, una onza.*—*Mézclese y hágase julepe, del que beberá el enfermo á su capricho; ó tambien*

dolorem sedandum, *cataplasma* è *mica panis siliginæ, et lacte croco tincto*, vel *foliorum brassicæ* parti affectæ applicandum, et sæpe renovandum curo. Diætam quod spectat, carnibus prorsus interdico, quin et eorum juseulo, quantumlibet tenui limpidoque; quibus substituo jusecula hordeacea, avenacea, panatellam, et ejusmodi. Cerevisiam tenuem mittemque pro potu tantum concedo, vel etiam (quæ magis ad rem facit) ptisanam ex hordeo, radicis liquiritiæ acetossæ, etc. in aqua fontana incoctis. Volo interim, ut per aliquot horas singulis diebus lecto se absteineat, cum calor, qui à jugi decubitu, morbum promoveat intendatque.

Die sequenti sanguinis tantumdem detrahi præcipio; atque intercalato die uno alterove, pro ægri viribus tertio; dein interjecto trium quatuorve dierum intervallo (provi ægri vires, ætas, constitutio, aliæque circumstantiæ, suadent monentque) quarto, atque ultimo, ut plurimum, venæ sectionem repeto; raro enim usu venit, ut ultra quartam vicem venam incidamus, nisi vel regimen justo calidius præcesserit, vel medicamina calidiora ægro præter necessitatem fuerint ingesta. Quin et anodyna sive paregorica dicta remedia effusiores sanguinis missionem postulant; quamobrem utut sæviat dolor, per omnem hujus morbi decursum, religiose mihi ab his temperandum existimo, modo mihi animo sit curationem à sanguinis missione solum petere, cum illorum usu figatur morbus, neque tam facile venæ sectioni cedat, quæ idcirco ob hæc ipsa medicamenta officiose nimis exhibitæ, sæpius quam erat opus, celebranda est. Quid quod

la emulsion ya descrita en la curacion de la pleuresía. Para calmar el dolor hago aplicar á la parte afecta, y renovar á menudo, una cataplasma de miga de pan blanco y leche teñida de azafran ó de hojas de col. Por lo que toca á la dieta, prohibo absolutamente las carnes y áun sus caldos, aunque sean ténues y claros, y los sustituyo con los de cebada, avena, panatela y semejantes. Concedo solamente como bebida ordinaria una cerveza clara y ligera, ó tambien (y es más á propósito para el caso) una tisana de cebada, raíz de regaliz y acedera, etc., cocidas en agua de fuente. Ordeno tambien que el enfermo se abstenga entre tanto de la cama algunas horas cada dia, pues el calor que se desarrolla por la permanencia continua en ella, agrava y aumenta la enfermedad.

Al dia siguiente mando sacar igual cantidad de sangre, y despues de uno ó dos dias de intervalo, y segun las fuerzas del enfermo, lo hago tercera vez; luégo de pasados otros tres ó cuatro (y segun las fuerzas, constitucion y demás circunstancias del enfermo), repito por cuarta y generalmente última vez la sangría; pues rara vez ocurre que la repitamos más, á no haber precedido un régimen más cálido de lo regular, ó que el enfermo hubiere tomado sin necesidad medicamentos tambien cálidos. Tambien los remedios llamados anodinos y paregóricos exigen una evacuacion de sangre más copiosa, siendo esta la razon de por qué y cualquiera sea la violencia del dolor, creo deber abstenerme de ellos escrupulosamente en todo el curso de la enfermedad, cuando es mi intencion lograr la curacion solamente con la sangría, pues que con su empleo no se hace más que fijar la enfermedad, que no cede tan fácilmente á la san-

et in morbi statu, neque eam, quam titulo pollicentur analgesiam valeant præstare?

Interim, dum prædicta remedia diætaque sedulo usurpantur, enema è lacte saccharato subinde injici curo, diebus scilicet à flebotomia vacuis. Porro ut hæc omnia ad dies minimum octo ab ultima venæ sectione diligenter observentur, serio hortor moneoque: quibus elapsis, potionem catharticam è lenitivis præscribo mane hauriendam, et insequenti vesperi dosim paulo liberaliorem syrupi de meconio in aqua florum paralysis, quo scilicet sanguinis orgasmus, unde et recidivæ periculum aliter intentari poterit, penitus reprimatur. Quibus rite peractis, ut in pristinum vitæ genus, quoad victum, exercitia, atque aerem, pedetentim se recipiat, lubens patior, ita tamen ut neque vinum, neque liquorem spirituosum quemlibet, neque etiam cibos, sive sale, sive aromatis conditos, sive etiam indigesta quæcumque, nisi diu postea degustare liceat.

Post venam, quoties supra innuimus, pertusam, ægri dolores admodum imminuentur, neque tamen adhuc prorsus evanescent; at vero resarcita, quam fecerat sanguinis detractio, virium jactura (superveniente maxime proximo illo anni tempore, quod magis faciet ad redintegrandum corporis robur, quam id, quo primum decubuit æger) symptomata

gría, que hay necesidad de repetir cuando se los ha administrado más de lo que en otro caso hubiera sido preciso. Además, tales medicamentos no pueden servir de nada durante la fuerza de la enfermedad para calmar los dolores, que es el objeto con que se emplean.

Entre tanto que se hace uso cuidadosamente de la dieta y los remedios indicados, mando inyectar en los dias intermedios de las sangrías una lavativa de leche azucarada. Encargo además con particular empeño que todas estas prescripciones se observen religiosamente, por lo ménos hasta ocho dias despues de la última sangría, pasados los cuales dispongo una pocion purgante lenitiva, que se tomará por la mañana, y en la tarde del mismo dia una dosis algo grande de jarabe de meconio en agua de flores de primavera, por cuyo medio se reprime perfectamente el orgasmo sanguíneo de que pudiera originarse una recaída. Hecho esto de la manera debida, dejo al enfermo que vuelva paulatinamente á su anterior género de vida en lo que se refiere á la alimentacion, ejercicio y condiciones atmosféricas, encargándole, sin embargo, que hasta pasado bastante tiempo no se permita el uso del vino ni de otro algun líquido espirituoso, así como tampoco las comidas saladas ó con condimentos aromáticos, ni ninguna otra sustancia indigesta.

Después del número de sangrías que dejo dicho, los dolores del enfermo disminuyen mucho, pero aún no se desvanecen por completo, hasta que, restablecidas las fuerzas perdidas por las evacuaciones de sangre, principalmente al sobrevenir una estación que contribuya á restaurar la energía del organismo, más que aquella en que se presentó la enfer-

ad unum omnia cessabunt, atque æger pancreaticè imposterum valebit.

Jam vero tametsi prædicta methodo, aut alia huic simili, tempestive atque sub ipso morbi ingressu adhibita, eum, quem jam dixi, finem ut plurimum sortiatur; non raro tamen accidit, ut ibi æger per errorem contrario plane modo fuerit tractatus, doloribus vagis, nunc quidem mitioribus, nunc vero atrocioribus, per omnem vitam misere diseracietur: qui quidem minus cautis nullo negotio imponunt, et pro scorbuti symptomatibus vulgo habentur. Hic enim obiter, sed et libere tamen dicam, quod licet nullus dubitem, quin scorbutus in his plagis boréalibus revera inveniatur, tamen eum morbum non tam frequentem, quam fert vulgi opinio, occurrere persuasum mihi habeo; multos autem ex iis affectibus (ne pluribus dicam) quorum nomine scorbutum incusamus, vel morborum *fientium*, nondum vero *factorum*, quique nullum adhuc certum induerunt typum, effecta esse; vel etiam infelices reliquias morbi alicujus nondum penitus devicti, à quibus sanguis cæterique humores contaminantur: v. gr., quibus in corporibus materia aliqua arthritidi producendæ apta recens generatur, nondum tamen in artus depluit, varia se ostendent symptomata, quæ scorbuti suspicionem faciunt, donec arthritis jam formata, atque actu se exercens, nullum amplius dubitandi locum relinquat. Neque ignoramus, non pauciora symptomata scorbutum mentientia, *podagricos* jam à paroxismo liberatos infestare (dum scilicet vel intempestivus evacuantium usus, vel ægri effecta ætas, vel alia aliqua causa naturam interpelaverit) quo minus materiam omnem arthriticam in artus exonerare valuerit: quæ adhuc re-

medad, cesan á un tiempo todos los síntomas y el enfermo se restablece completamente.

Mas aunque con el método predicho, ú otro semejante, puesto en práctica á tiempo y desde el principio de la enfermedad, se logra las más veces el objeto indicado, sucede con alguna frecuencia, no obstante, que cuando el enfermo, por un error, ha sido tratado de un modo completamente contrario, queda sujeto por toda su vida á dolores vagos, unas veces tolerables, y atrocísimos otras, que asustan sin motivo á los poco atentos, y que se los cree generalmente síntomas del escorbuto. Diré brevemente, pero tambien con franqueza, que aunque no me cabe la menor duda de que el escorbuto se presenta en estos países septentrionales, estoy, no obstante, intimamente convencido de que esta enfermedad no es tan frecuente como vulgarmente se cree; pues muchos, por no decir la mayor parte, de los males que designamos con el nombre de *escorbuto*, ó son efecto de enfermedades incipientes, todavía no perfectamente formadas que no han revestido aún un tipo determinado, ó reliquias de alguna enfermedad incompletamente curada, que alteran la sangre y los demás humores. Así, por ejemplo, en los individuos en que se ha formado recientemente alguna materia á propósito para determinar la gota, y que todavía no se ha depositado en las articulaciones, se manifestarán vários síntomas que infundirán sospechas de escorbuto, hasta que, desarrollada la gota y haciéndose sentir, no deje lugar á ninguna duda. Ni nos es tampoco desconocido el que, despues de los paroxismos, atormentan tambien á los gotosos no pocos síntomas que simulan el escorbuto, como sucede cuando el

tentam, cum incomodo existat, totam sanguinis massam inquinat, et confertissimo pessimorum symptomatum agmine hominem lacessit. Quod quidem non de arthritide tantum, sed et hydropse adhuc incipiente dictam volo; de quo morbo licet vulgo jactetur, *ubi desinit scorbutus, ibi incipit hydrops*, hæc tamen regula sæpe sæpius non aliter est accipienda, quam quod, ubi primum se hydrops manifestis prodit indicibus, præconcepta de scorbuto opinio statim collabascit. Potest et idem hoc affirmari de quamplurimis aliis morbis chronicis, vel adhuc in corpore humano nascentibus, quique proinde nondum certum aliquem sibi cuderunt typum, vel etiam de illis, qui licet partim fugati sint, nondum tamen penitus debellati exterminatique videntur. Et sane nisi hoc concedamus, scorbuti nomen, uti hodie fit, in innumeros crescet, et omnem fere morborum numerum absolvet. Cum, si id sedulo agamus, ut abdita cujusque morbi penetralia perscrutemur, eumque post irregularium symptomatum vela latentem eruamus, sua se mox specie sit proditurus, et ad illam ad quam attinet familiam haud difficulter relegandus. Quin et methodus, qua hujusmodi morbi sunt abigendi, non adulterinis illis symptomatibus, sed ipsi morbo, qualisnam is demum fuerit, ceu perfecte formato, jamque actu existenti accomodanda.

Sed hic notandum, non adeo con-

intempestivo uso de los evacuantes, la avanzada edad del enfermo ó cualquiera otra causa, ha trastornado la naturaleza de tal modo, que no haya podido descargar en las articulaciones toda la materia artrítica, que, retenida è inasimilable, infecciona toda la masa de la sangre y molesta al individuo con un extraordinario número de malísimos síntomas. Esto no debe entenderse solamente de la gota, sino tambien de la hidropesía incipiente, acerca de cuya enfermedad, aunque vulgarmente se dice que allí donde termina el escorbuto principia la hidropesía, no se ha de tomar esta regla sino en el sentido de que cuando se presentan por primera vez los indicios manifestos de hidropesía, se disipa al instante la idea que se tenía de la existencia del escorbuto. Esto mismo puede afirmarse de muchísimas otras enfermedades crónicas, ó de las que, aún naciétes en el cuerpo humano, no afectan todavía un tipo determinado, y de aquéllas tambien que, aunque se hayan disipado en parte, no se han destruido y exterminado por completo. Y en verdad que si esto no se concede, la denominacion de escorbuto adquiriria una extension inmensa, y absorberia casi todas las enfermedades. Mas si procuramos con esmero descubrir la naturaleza íntima de cada enfermedad, distinguiéndola á través del velo de sus síntomas irregulares, se conocerá la especie á que pertenece, y podrá colocársela sin dificultad en la clase á que corresponde. Así tambien el tratamiento con que estas enfermedades deban combatirse se acomodará, no ya á sus síntomas espúreos, sino á la enfermedad misma, cualquiera que sea, como si estuviera perfectamente formada y existente en el acto.

Debo advertir aquí que cuando el

sultum esse, quando rheumatismus aliquot annorum diurnitate altas radices egit, sanguinem tam brevibus ac sub ejusdem primordiis fiebat, intervallis mittere, quin præstare, septimanarum aliquot intercapedine repetitas illas venæ sectiones determinare; quæ tandem vel penitus materiam morbificam averruncabunt, vel saltem eo conducent, ut fontanella in crurum alterutro excitata, et spiritu quovis volatili in vino Canarino mane et sero exhibitio, reliquæ ejus extirpentur.

Jam vero quantumcumque discriminis inter verum rheumatismum, ut supra innui, et scorbutum intercedat, aliam tamen speciem esse rheumatismi, quæ ad scorbutum quam proxime accedit, omnino confitendum est, utpote quæ insigniora hujus morbi symptomata æmulatur, et pariter eadem ferme remedia sibi vendicat, ideoque mihi rheumatismus scorbuticus audit. Dolor nunc hanc, nunc illam partem obsidet, sed eadem in tumorem ac in alia specie raro attollit, neque febrim sibi comitem adjungit. Insuper non adeo fixus manet, sed indolem magis vagam ac incertam refert, cum anómaliis inconditionisque symptomatibus stipatus. Nunc hunc vel alium artum discruciat, mox internas solum partes afficit, proindeque ægritudinem parit, quæ redeunte externarum partium dolore, iterum se proripit; ita ægrum alternatim divexans, ac in diurnitatem longam se protrahens, ad instar morborum, qui vel maxime chronici habentur. Fœminas præ reliquis adoritur, ut et viros, qui imbecilliori natura sunt; adeoque ad affectuum hystericorum classem referri debere plane suspicarer, nisi quod iterata experientia comprobasset, eum re-

reumatismo se ha arraigado profundamente, por haber subsistido durante algunos años, no es útil sacar sangre con tan cortos intervalos como en el principio de la enfermedad, sino que conviene dejar algunas semanas intermedias entre cada sangría, por cuyo medio, ó se expulsará por completo la materia morbífica, ó se conseguirá llegar á un punto en que puedan ser extirpadas radicalmente sus reliquias, abriendo un fontículo en una ú otra pierna, y administrando mañana y noche cualquiera espíritu volátil en vino de Canarias.

